

Opera hactenus inedita Rogeri Baconi
Fasc. III

LIBER PRIMUS

COMMUNIIUM NATURALIUM
FRATRIS ROGERI

PARTES TERTIA ET QUARTA
EDIDIT

ROBERT STEELE

OXONII
E TYPOGRAPHEO CLARENDONIANO
MCMXI

HENRY FROWDE, M.A.
PUBLISHER TO THE UNIVERSITY OF OXFORD
LONDON, EDINBURGH, NEW YORK
TORONTO AND MELBOURNE

250178 ✓

BOSTON COLLEGE LIBRARY
CHESTNUT HILL, MASS.

NOTE

THE completion of the first book of the *Communia Naturalium* permits us to consider its relationship to three other works of Bacon, the *Opus Tertium* (B), the first treatise in B.M. 8786 (S)—which is the first part of the *Compendium Philosophie, Def. II*—and that in Digby 190, the ‘*de principiis nature*’ (P).

S and P were undoubtedly written before any part of the *Communia Naturalium* was in existence. They both contain much that is not included in it, and show, in those parts that cover the same ground, earlier forms of the argument and different conclusions. S seems the earlier, it coincides with M in pp. 54-9, 69-75, 78-86, and 239-67 of this edition, going on with other matter, and finishing with pp. 142-98 of the *Opus Tertium* (Brewer). P begins at p. 50, l. 11, and goes on generally to pp. 59, 66-9, 74, 75, 78-86, and 239-67, where it stops. It will be remembered that some of these passages occur only in M, not in F or D. Yet the note in D (p. 57, l. 3) refers to P, and that to l. 7 quoted from F to a MS. of the S type. The passages common to the *Opus Tertium* and the *Communia Naturalium* are pp. 173-9 (189-97 Brewer), 225-39 (168-84 Brewer) and some part which has yet to be determined of pp. 275-308. Of these the second and the third were plainly written for the *Opus Tertium*, and afterwards incorporated in the *Communia Naturalium*. The first, I incline to believe, had a common source in S.

It has been pointed out in the notes of the first part that the *Communia Naturalium*, or some part of it, was written before the *Opus Majus*, and that it was subsequently revised; the two editions being represented by F and M. F is much nearer to S and P in the common passages than M. F itself was evidently corrected early in the fourteenth century (say 1320) and pp. 224-39 inserted, the insertion being a little longer than the passage borrowed from the *Opus Tertium*. A very remarkable fact in the history of M (which dates from the middle of the fifteenth century) is that the copyist, after transcribing the chapters on pp. 92-107 from some source at present unknown to us, went on with ‘*Pars quarta Communium Naturalium*.’

Hiis habitis de parte materie . . .' instead of 'Distinccio quarta' &c. Having finished the leaf he found out his mistake, marked it for erasure, and began again correctly. This form is not that with which the fourth part does begin, but it is found in S and P. It would almost seem as if the present form of this fourth part were due to a late editor. It is to be hoped that some happy chance may disclose another MS. which will throw light on the question.

I may be allowed, while disagreeing entirely with M. Duhem's proposed reconstruction of the *Opus Tertium*, to add a tribute to the insight, amounting to genius, which discovered the important fragment he has given to the world, and to point out that it also includes the 'tractatus alkimisticus' sent with boy John to the pope—(pp. 181-90, Duhem, *Opus Tertium*)—a work of the first importance for the understanding of mediaeval alchemy. I desire to renew my expression of thanks to those who have helped in the preparation of this edition.

ROBERT STEELE.

SAVAGE CLUB, LONDON.

SUMMARY OF CONTENTS

PARS TERCIA

de motu et concomitantibus motum.

PAGE

⟨Distinccio prima.⟩

Cap. 1. de motu quid est secundum descripcionem Aristotelis et quid secundum suam essenciam 138

Cap. 2. de motu in quo sit, sicut in subjecto, et in quo differt ab accione et passione 145

Cap. 3. in quo, excusacione facta de infinito loco et vacuo, prosequitur statim post motum de tempore, per comparacionem ad alias species mesure duracionum, que sunt eternitas creata et increata 149

Cap. 4. de diffinicione temporis secundum Aristotelem, et quid sit tempus secundum genus et differenciam, et quomodo habet esse 153

Cap. 5. ⟨de quiete⟩ 156

Cap. 6. in quo declaratur quod anima non est subjectum temporis nec aliquis motus dictus precise 158

Cap. 7. de instanti 168

Cap. 8. de evo 173

Distinccio secunda de loco et vacuo, habens capitula octo.

Cap. 1. de distincione modorum loci 182

Cap. 2. de essencia loci secundum quod est quantitas 189

Cap. 3. de loco ut est res naturalis conservans locatum 200

Cap. 4. de vacuo quantum ad ejus necessitatem propter locata et propter motum augmenti et nutrimenti, et propter motum localem 206

Cap. 5. de necessitate vacui propter grave et leve, rarum et densum 210

Cap. 6. de existencia vacui secundum se 216

Cap. 7. de loco et motu spiritualium substanciarum 224

Cap. 8. de loco substanciarum spiritualium 228

PARS QUARTA

de produccione rerum in generali.

⟨Distinccio prima de generacione.⟩

⟨Cap. 1. de alteracione et generacione rerum⟩ 240

Cap. 2. de intencione et remissione forme substancialis 242

Cap. 3. de successione generacionis forme substancialis 245

	PAGE
Cap. 4. de mensura ultimi esse termini a quo	250
Cap. 5. de differencia productionis permanencium et successi- vorum	261
Cap. 6. de reprobacione opinionis tercie circa exitum rerum in esse	264
Cap. 7. de ipso generato, quid est quod generatur	266
⟨Distinccio secunda de generatione rerum in speciali.⟩	
⟨Cap. 1. de generatione elementorum⟩	268
⟨Cap. 2. de generatione mixtorum et plantarum⟩	274
⟨Cap. 3. de generatione brutorum animalium⟩	278
⟨Cap. 4. de generatione hominis⟩	279
⟨Distinccio tercia de anima.⟩	
⟨Cap. 1. de productione parcium anime⟩	281
⟨Cap. 2. de anima sensitiva⟩	284
⟨Cap. 3. de unitate et pluralitate anime intellective⟩	286
⟨Cap. 4. de compositione anime rationalis⟩	291
⟨Cap. 5. de virtutibus, utrum sint partes anime⟩	294
⟨Cap. 6. de partibus vegetative virtutis⟩	297
⟨Cap. 7. de partibus intellective virtutis⟩	298
⟨Distinccio quarta de generatione non recta.⟩	
⟨Cap. 1. de monstruosa generatione⟩	302
⟨Cap. 2. de generatione per divisionem⟩	305
⟨Cap. 3. de generatis ex putrefaccione⟩	308

tatem. Set finis cogit materiam ad hoc, ut eleuet humores aqueos ad locum frigidum in aere, et graventur ibi propter frigiditatem congelantem, quia locus ille est frigidissimus. Et licet sit sic in naturalibus, quod finis imponit necessitatem
 5 eis que sunt in finem, non tamen sic est in doctrinis et scien-
 cialibus, nam conclusio, que est finis, non inponit necessitatem
 principiis, set e converso et necessitatem communem ut in
 omni silogismo, et necessitatem essendi ut in demonstrativa
 sillogismo, propter enim ea que posita sunt in premissis,
 10 necesse est aliud evenire in conclusione. Et in artificialibus,
 ultimum est semper primum, hoc est ipsum artificiale est
 propter agens, omne enim agens per intellectum est finis
 suarum operacionum quia propter se facit non propter aliud, ut
 Deus est finis creature, et homo finis omnium que facit, quia
 15 propter se facit, licet Deus propter gloriam nominis sui,
 scilicet, ut ostendat divicias bonitatis sue, ad quam partici-
 pandam fecit omnem creaturam, secundum cujuslibet possi-
 bilitatem, homo facit omnia propter utilitatem suam, et ideo
 homo facit virtutem moralem propter se, scilicet, ut adquirat
 20 suam felicitatem, que quia non fit ab eo, nec eam per se
 adquiret, set gratis datur ei a Deo, ideo illa videtur necessi-
 tatem imponere homini, ut ideo habeat animam racionalem,
 que est nata cognoscere Deum et venerari perfecte, in quibus
 tribus consistit felicitas eterna.

38 b r.

1	materiam] naturam <i>D</i>	ut] quod <i>D</i>	3	ille] ibi <i>D</i>	4	quod]
quia <i>F</i>	5	in] ad <i>F</i>	scien-	cialibus]	semin-	alibus <i>D</i>
om. <i>M</i>	20	suam] futu-	ram	<i>FD</i>	22	habeat om. <i>D</i>
					13	facit

Pars Tercia primi libri Philosophie Naturalis, in qua docetur de motu et concomitantibus motum, habens distinciones et capitula.

Capitulum primum de motu quid est secundum descriptionem Aristotelis et quid secundum suam essenciam.

5

Postquam in prima parte hujus libri primi de Communibus Naturalium determinatum est de efficiente naturali, et in secunda parte de materia et universaliter de causis naturalibus, nunc in hac parte tercia dicendum est de motu, et hiis que pertinent ad ipsum, nam cum determinatum sit de causis 10 naturalibus, et natura est principium motus, consequens est ut fiat sermo de motu et eis que ipsum comitantur.

Et primo, volo exponere quid sit motus. Aristoteles vero dicit quod sit actus imperfectus. Nam dum aliquid movetur tendit ad aliquid perfectivum sui motus, et in illo fine habetur 15 actualitas completa, et actus et actualitas idem sunt hic, propter quod motus dicitur quidam actus imperfectus, et actualitas mobilis imperfecta que tendit in terminum motus, sicut in perfeccionem, ut in motu secundum locum, cum grave movetur in medio deorsum, habet actualitatem aliquam et 20 actum tendentem in suum ubi, sive locum qui est deorsum, et cum venerit ibi, habet illud quod desiderat, scilicet, locum proprium in quo habet actualitatem sui esse, que est completiva motus sui, et sic est de omni alio motu. Et Aristoteles premitit aliam descriptionem motus, dicens quod 'motus est 25 actus existentis in potencia secundum quod hujusmodi', id est, secundum quod est in potencia ad aliud, non secundum quod aliquid est in actu proprie, verbi gracia, quando fit statua de

13 Aristoteles] *Phys.* iii. 8-11.

1 naturalis] de communibus *add. F* 3-5 habens . . . essenciam *om. D*
 5 essenciam] quantum ad genus predicamenti *add. F* 13 exponere] componere *D* 14 sit] est *FD* 15 tendit] intendit *F* aliquid] aliquem finem *FD* 16 idem] id *M* 17 quidam] quidem *M* 20 actualitatem] actualitatem modicam *F* 24 alio motu] moto *D* 26 existentis] existens *F*: entis *D*

ere, fit quidam motus ad esse statue per artificem | set motus ^{38 b 2.}
 non est in actu eris absolute, secundum materiam eris actualem,
 quia sic quiescit, et non alteratur nec movetur; unde non est
 motus in eo nisi quando incipit artifex operari in descriptione
 5 eris ad formam statue, tunc est es in potencia ad statuam, id
 est, ordinatum ad hoc, ut fiat statua, et non est actu statua et
 ideo in potencia est statua, scilicet, in potencia propinqua non
 remota; nam jam recepit es aliquam alteracionem | et disposi- ^{F. 95 b 2.}
 cionem respectu forme, et ideo habet jam aliam actualitatem re-
 10 spectu istius quam prius non habuit. Unde hoc esse in potencia
 inportat aliquam actualitatem et aliquem actum, licet imper-
 fectum, et ideo non est pura potencia et remota, set propinqua.
 Nam es, antequam artifex agit in illud, est in pura potencia
 remota, sine omni actualitate ad formam statue, quia non
 15 magis ordinatur ad eam, quam ad formam vasis, vel alterius
 rei cujuscunque fiende de ere, et ideo non habet tunc aliquam
 actualitatem nec actum respectu statue, et ideo caret potencia
 propinqua, de qua loquitur hic Aristoteles, que est actus
 quidam imperfectus, ut expositum est in prima diffinitione.
 20 Additur eciam in diffinitione hac hec particula, secundum
 quod est hujusmodi, id est, secundum quod est in potencia,
 quod duobus modis potest intelligi; uno modo, per priva-
 cionem actus completi statue, ut dicamus quod motus non
 est actus eris existentis in potencia ad statuam secundum quod
 25 est in actu completo, set incompleto, ut expositum est in prima
 diffinitione. Qui actus incompletus habet secum potenciam,
 nam est in potencia ad completum actum, et ideo additur,
 'secundum quod est in potencia'. Aut exponitur respectu
 actualitatis ipsius eris, secundum quod est es, nam motus non
 30 est actus eris existentis in potencia, secundum | quod est in ^{39 a 1.}
 actu, scilicet, es, et sub forma eris, sed, secundum quod est in
 potencia ad formam statue. Aliqua enim propositio est vera
 per se uno modo, et vera per accidens alio modo, ut 'album
 disgregat visum'; hec est vera per se, quantum ad rationem

2 materiam] naturam *D* 4 in descriptione eris] et dispositiones *F*: et
 disponere *D* 5 tunc . . . potencia] sive *D* 6 et ideo in potencia *iter. M*
 9 forme] forme statue *F* aliam] aliquam *F* 10 istius] illius *FD* 18 que]
 et *F*: qui *M* 26 qui] et *F*: illius *D* 28-29 quod est . . . eris *iter. D*

albedinis. De proprietate vero albedinis est ut disgreget visum, secundum communem posicionem philosophorum, set racione subjecti est vera per accidens. Et hec est vera per se, 'album currit' respectu subjecti, et per accidens respectu albedinis. Similiter, postquam artifex incepit operari, hec 5 propositio 'es existens in potencia ad statuum est in actu es' est vera, set per accidens racione eris per se vero racione, qua jam subicitur alteracioni et accioni agentis. Set si dicatur 'es in potencia ad statuum est in actu eris, secundum quod est in potencia', falsa est, quia hec terminacio, secundum quod est in 10 potencia ad statuum, non debetur eri, ut est in actu es: sicut hec est falsa, 'album racione subjecti disgreget in quantum hujusmodi,' vel 'album currit in quantum hujusmodi racione albedinis'; et ideo voluit, quod motus sit actus eris existentis in potencia, et hoc, secundum quod est in potencia ad statuum, 15 non secundum quod est es in actu. Sic enim falsa esset sua propositio. Deinde sciendum est, quid est motus secundum esse predicamentale, scilicet, in quo predicamento sit: et licet multa verba fiant de hoc, et multe opiniones, tamen dicendum est, quod est in tertia specie qualitatis. Est enim passio; illa 20 enim species tertia dicitur passio et passibilis qualitas. Passibilis vero qualitas est, ut rubedo in auro vel alio, que est qualitas nata permanere in suo subjecto. Passio vero est, ut rubor ex verecundia, et pallor ex timore, quia subjectum patitur et alteratur per ea, set non durant naturaliter quantum 25 est de se. Hoc dico, quod in tantum possit homo | affici verecundia, et tam diu, et tam fortiter, quod semper remaneret ei rubedo, et similiter de pallore per timorem, et fierent passibiles qualitates. Set hoc non est de proprietate ipsius passionis, nec de ejus virtute, set quia fortiter obedit natura cogitacionibus 30 anime et affectionibus ejus, et ideo multa que diu durant fiunt ab anima in propriis corporibus, sicut Avicenna docet quarto *De Anima*, et octavo *De Animalibus*, et alibi, ut inferius exponetur.

32 Avicenna] *De Anima* iv. 2, 4; *De Animalibus* viii. 2.

1 vero] enim FD

6 pr. es] ens D

10 terminacio] determinacio F

25 durant] duratur D

26 tantum] quantum F

32 corporibus] tem-

poribus D

Dico igitur, quod motus est passio, quia non est nata ex sua proprietate durare, quoniam adveniente secunda parte corrumpitur prima, et hoc ex sua natura non aliunde. Nec obstat quod motus durat diu, ut motus celi, quoniam in natura sua
 5 continue corrumpitur et deficit, licet alie partes ejus renoventur continue. Set et ille deficiunt et nove fiunt non manende, set statim corrumpende. Nec tamen propter hoc, quod adveniente secunda parte temporis corrumpitur prima, erit tempus passio, set quantitas. Nec motus est quantitas propter similitudinem temporis quoniam quantitas dicitur cujus proprium
 10 est, ut secundum eam dicatur aliquid equale vel inequale alii, et tempus est hujusmodi et non motus, nam secundum tempus dicuntur motus equales vel inequales, et non e converso. Item, quantitas continua est, cujus partes copulantur ad com-
 15 munem terminum, ut partes linee ad punctum, et partes temporis ad instans, | set non est hoc per se et primo in motu, F. 96 a 1. sicut nec in substantia, licet quantitas et substantia habeant hujusmodi partes copulatas. Essencia, igitur, motus passio est, et non est quantitas set quanta, sicut substantia. Set hic
 20 sunt dubitationes grandes, primo | quia quod Aristoteles dicit 39 b 1. quinto *Methaphisice* quod motus est quantitas per se, multum turbare potest multos. Set considerandum est diligenter quod, sicut vult in *Predicamentis*, motus non est quantitas, sed quantus. Et sermo ejus in quinto non est ad literam intelli-
 25 gendus, quoniam ibi dicit quod tempus est quantitas per accidens, et motus per se. Manifestum est enim quod tempus est vera species quantitatis, et ideo est quantitas per se.

Set dicendum est, quod Aristoteles in quinto *Methaphisice* loquitur de quantitate et quanto magis secundum modos
 30 famosos et veros, quam per assignacionem specierum quantitatis, quod manifestum est ex proprietate illius libri, quoniam distinguit vocabula famosa omnibus scienciis communia et rebus, quia illa sciencia est communis omnibus. Et patet quod multa vocabula ibi distinguit, que non sunt generalissima nec

21 *Methaphisice*] v. 13, 18; vi. 5, 6 (3, 4).

2 quoniam] quando F 4 durat] duret F 17 substantia] substantia
 quantitas F et substantia] substantie F 27 vera] una D

faciencia predicamentum, licet in alico genere predicamentali quodlibet constituatur, ut est causa, et principium, et ens, et natura, et per se, et potencia, et finitum, et bonum, et falsum, et multa que ibi distinguit. Similiter, licet vocabula generum generalissimorum distinguat, non tamen omnium, non enim 5 distinguit accionem, nec ubi. Et iterum, quamvis vocabula predicamentorum aliqua distinguat, tamen aliquando non distinguit species, set equivocaciones vocabuli et modos famosos, ut patet in capitulo *de substancia*, volens quod unus modus substancie est secundum quod accipitur substancia in predica- 10 mento substancie, ut terra aqua et hujusmodi, et licet ista sint species substancie, tamen ponit hec exempla pro modo uno substancie, et non ut dividat substanciam in species; quod patet |
 39 b 2. quia alii modi quos ponit nichil faciunt ad species substancie accipiendas, et sic est de omnibus fere vocabulis predica- 15 mentorum. Maxime enim proprie distinguit species qualitatis, ponens illa quatuor genera que in *Predicamentis* posita sunt, et licet ponat species aliquas in distinguendo predicamenta, tamen ponit semper alios modos qui non sunt species, ut est primus modus qualitatis, que est diferencia specifica cujuslibet, 20 secundum quod dicitur prius in quale, non in quid. Et propter hoc dicendum est quod ibi distinguit species quantitatis secundum modos famosos, quorum aliqui sunt in predicamento quantitatis, sicut species, alii non sunt; et ideo, dico quod motus non ponitur ibi pro specie quantitatis, quia nomen 25 quantitatis non accipitur ibi pro genere generalissimo dividendo in species, set pro nomine equivoco dividendo in sua significata et modos famosos; et ideo sumitur ibi quantitas communiter ad quantum et ad quantitatem. Et quia omnis quantitas est quanta, et non omne quantum est quantitas, ideo potest dici 30 quod nomen quantitatis sumitur ibi pro quanto, sive sit

9 de substancia] i. e. *Met.* v. 15 sqq. 17 *Predicamentis*] ii. c. i, iv.

5, 7 distinguat] distinguit *F* 6 ubi] verbi *F* 7 aliqua] alico *M*
 8 equivocaciones] evocaciones *F* 10 substancia *om.* *F* 11, 12 ut . . .
 substancie *om.* *F* 13 ut dividat] dividit *D* 13-15 quod patet . . . acci-
 piendas *om.* *D* 14 quia] quod *F* 16 distinguit] distingunt *F* 21 dicitur
 prius] dicimus quod diferencia predicatur *FD* quale] qua *D* 22 ibi]
 non *F* 25 quia] set *F*

quantitas vera, sive quantum quod est subjectum quantitatis ;
et istud est certum.

Et sic dico, quod unus modus quanti et quantitatis est motus,
quia vere quantus est, sicut subjectum quantitatis est quan-
5 tum, et non est quantitatis proprie sumpta, ut est nomen
generalissimi. Et per hoc potest salvari quod Aristoteles dicit
in quinto *Methaphisice*, quod motus est quantitas per se, et
tempus per accidens ; nam secundum Aristotelem, quarto
Phisicorum, motus recipit prius et posterius et continuacionem
10 sue essencie a magnitudine super quam est motus, ut in motu
locali patet evidenter ; nam in spacio pedali fit motus pedalis,
et in spacio bipedali fit modus bipedalis, et tempus re|cipit 40 a 1.
prius et posterius a motu, et sic motus magnitudinem sue
essencie habet a magnitudine spaciai, et tempus a motu, sicut
15 accidens a subjecto ; et sic motus est quantum per se et primo,
respectu temporis, et spacium respectu motus est primo et per
se quantum, et sic intendit Aristoteles in quinto *Methaphisice*.
Set tamen si consideremus veram naturam quantitatis, et
tempus, in quantum est mensura motus, reddens ipsum
20 equalem vel inequalem, et motum non secundum suam
substanciam sed secundum quod est durable, et ita men-
surandum tempore, sic certe tempus est quantitas per se, et
motus dicitur ab eo quantus, et non est quantitas nec in
genere quantitatis : set, ut dictum est, erit in tercio genere
25 qualitatis.

Set grandis dubitacio oritur hic, ex dictis Commentatoris
Averoys ; nam sicut in quinto *Methaphisice* | vult quod motus F. 96 a 2.
sit vera species quantitatis, sic vult hic quod motus est
ejusdem essencie et nature cum termino ad quem est, ut
30 motus in substancia est substancia, motus in quantitate
quantitas. Set sicut impossibile est dictum suum in quinto
Methaphisice, sic hic, et magis impossibile ; et hec duo sunt de
erroribus suis magnis, licet enim in multis dicat optime, tamen

9 Phisicorum] iv. 99 sqq.

27 Averoys] com. sup. loc. cit.

1 vera om. F 4 quantus] quantum F 10 super] semper D 11 fit]
sit F 13 motus om. F 21 quod est] esse D 24 tercio genere]
tercia specie F 29 et nature] ne F

in quibusdam turpiter errat, ut patet de unitate intellectus in omnibus, et in quibusdam aliis; sicut ubique noto hoc ubi fuerit oportuna. Per cum scire possumus quod nichil est perfectum in humanis invencionibus; et credendum est quod ea que bene scripsit, accepit ab aliis propter pingues errores quos ex sensu proprio interserit. Nam nunquam homo sic fundatus, ut scripta sua demonstrant, posset ita turpiter errare, si ex suo sensu tam nobilia scripta emanarent. Dico igitur quod hic, et in quinto *Methaphisice*, errat in predictis articulis. Set aliquis posset estimare se bene confirmare verba sua per hoc, quod Aristoteles dixit in quinto *Phisicorum*, quod motus habet unitatem a termino suo; nam motus unus secundum numerum est qui vadit in unum terminum numero, et motus unus secundum speciem qui vadit in unum specie, et motus unus secundum genus qui vadit in rem unius generis, ut coloracio vadit in genus unum, quod est color, et est unus motus genere, sicut dealbacio vadit in unam speciem coloris, et est unus motus specie, et hec dealbacio est unus motus numero, sicut vadit in hanc albedinem, que est una numero. Et ideo, cum motus in substanciam et quantitatem et qualitatem et ubi vadant in diversos terminos secundum genus, motus erit in diversis generibus secundum eorum diversitatem, et ita motus erit in predicamento substancie qui vadit in substanciam, ut generacio et corruptio et augmentum in quantitate, alteracio in qualitate, loci mutacio in ubi, eciam sic sequetur dictum Comentatoris.

Set dicendum est, quod verum est quod motus unus numero habet unum terminum numero, et unus specie habet unum terminum secundum speciem, et unus genere habet unum terminum genere: set tamen motus non est in eodem predicamento cum illis terminis, nisi per accidens, nam verum est, quod albedo individua et albedo in specie et color sunt in terciis specie qualitatis, sicut motus; non tamen propter hoc est ad ea motus in genere coloris, nec calefaccio in genere caloris, nec

9 *Methaphisice*] v. 18.

11 *Phisicorum*] v. 34.

3 oportuna] optimum *D* 7 scripta] scriptura *M* 8 tam] ita *D* 20 cum
om. D 21 vadant] vadunt *D* 25 sequetur] sequitur *D* 26 quod
 verum est *om. D* 27 numero] secundum numerum *D* 30 per] secundum *D*

frigefaccio in genere frigoris, id est, non est in essentia coloris nec caloris nec frigoris; et ideo, nec motus in substantiam est substantia, nec in quantitatem est quantitas, nec in ubi est in predi|camento ubi, nec per consequens motus in qualitatem ^{40 b 1.}
 5 erit qualitas, propter conveniencia motus cum suo termino. Si enim motus in hanc albedinem esset ejusdem nature cum hac albedine, et motus in albedinem cum albedine, et in colorem cum colore, tunc sequeretur argumentum, set non est, et ideo non valet. Multa enim que concomitantur se non
 10 sunt ejusdem nature, ut risibile et homo. Risibile enim significat accidens, et homo substantiam, et ideo non valet quod licet, hec duo, scilicet, quod motus unus secundum genus et terminus ejus unus genere concomitentur se, quod propter hoc motus iste et terminus sunt unius nature. Set de hoc
 15 inferius adhuc dicitur.

Capitulum 2^m. de motu in quo sit, sicut in subjecto, et in quo differt ab accione et passione.

Deinde sciendum est, quod motus est in mobili sicut in subjecto et in paciente, secundum Aristotelem tercio
 20 *Phisicorum*, unde ibi docet quod accio et passio sunt in paciente, et similiter, in secundo *De Anima*, dicit quod actus activorum sunt in paciente, et dispositio, id est, acciones agencium, sunt in paciente, disposito per virtutem agentis, et ideo cum motus sit fundamentum accionis et passionis, oportet
 25 quod sit in paciente. Accio enim, secundum Aristotelem, est ab agente, sed non est in eo, set ab eo in paciens, et ideo similiter mocio vel motus est a movente in moto, et non in movente. Demonstracio vero Aristotelis est ad hoc, quod si motus esset in agente, ergo omne agens moveretur, set constat
 30 primum agens esse immobile. Set si obiciatur quod agens denominatur ab accione, sicut album ab albe|dine, propter ^{40 b 2.}
 quod videtur quod accio sit in agente sicut albedo in albo,

20 *Phisicorum*] iii. 19.

21 *De Anima*] ii. 139.

3 quantitatem] quantitate *F* 12 *pr.* quod] quia *F* 14 sunt] sint *FD*
 16-17 motu . . . passione *om. D* 22-23 dispositio . . . paciente, *om. M*
 30 primum] primo *F* 32 videtur] videretur *FD*

F. 96 b 1. dicendum quod denominationes | fiunt multipliciter. Aliquando enim est propria, et tunc fit per inherenciam denominantis in eo quod denominatur, ut ab albedine album, a sanitate sanum, loquendo de sano quod est animal; aliquando vero non fit per inherenciam, set multis modis aliis, ut effective, vel conservative, vel significative, vel per concomitanciam, et aliis multis modis, verbi gracia, in sano, nam sanum in animali dicitur per inherenciam causa sanitatis in eo, sanum vero in medicina laxativa per efficienciam, quia facit sanitatem in alio, sanum in dicta quia conservat sanitatem animalis, sanum in 10 urina quia significat sanitatem animalis; et in istis tribus modis non est sanitas in sano secundum inherenciam, set ut dictum est.

Similiter dicitur tempus causa corrupcionis, quia concomitatur causam ejus, scilicet, motum, quia motus facit 15 corrupcionem; facit enim id quod est distare a natura sua debita, ut motus corrupcionis. Dicitur eciam tempus pigrum, quia concomitatur dispositionem aeris que reddit homines pigros. Dico igitur, quod cum dicitur agens ab accione, dicitur effective, id est, quia facit accionem in alio, sicut 20 medicina dicitur sana effective, quia facit in alio sanitatem. Si dicatur quod motus numeratur ab agente, et Aristoteles dicit, quinto *Phisicorum*, quod motus numeratur secundum numerum subjecti, speciei, et temporis, et termini. Nam motus numeratur pluribus modis, id est, subjecto, specie, et 25 tempore, termino, et agente. Similiter, non obstat quod 41 a 1. cursus sit in corrente, quia currens dividitur | in duo, quorum unum est agens per se, ut anima, et aliud per se paciens, ut corpus, et currens comprehendit utrumque. Aliquando agens non coincidit cum subjecto, ut percuciens quando percudit 30 alium, et si seipsum percuciat, tamen manus percuciens est aliud a reliqua parte percussa, et est accio in paciente sicut passio, et totus motus.

23 *Phisicorum*] v. 31-35.

3 quod] ut *D* 5 conservative] conservacione *F*: congregative *D*
 11 animalis] animalibus *F* 16 sua] sua propria *F* 18 quia] quod *F*
 21 dicitur sana] sanat *F*

Si dicatur, quod omne agens phisice patitur, ergo, movetur, ergo, motus est in agente ; patet quod hoc non est in quantum agit, set in quantum patitur. Set gravis est dubitacio de accione et passione et motu, quomodo differunt. Et dicendum
 5 secundum Aristotelem, quod sicut ascensus et descensus sunt omnino diversa secundum suam essenciam, tamen spacium est idem inter sursum et deorsum, sic accio et passio sunt diversa in essencia, set motus super quem vel ad quem comparantur est idem. Similiter, progressus a Tebis ad Athenas
 10 et regressus sunt diversa, set via est eadem. Similiter, proportio duorum ad unum que est dupla, et unius ad duo que est subdupla, sunt diverse in essencia comparacionis, set intervallum idem est inter duo et unum. Et jam expositum est quod motus est in tercia specie qualitatis, accio autem et
 15 passio sunt diversa generalissima : et patet per hoc quod posicio falsa est, que ponit quod accio et passio et motus sunt eadem res diversimode comparata.

Dicunt enim, quod posicio rei in speciem, ut in motu locali posicio rei in locum, est accio et passio et motus ; nam si
 20 respiciatur ut ab hoc est, scilicet, ab agente, sic est accio, si secundum quod est in hoc, scilicet, | in paciens, sic passio, 41 a 2. secundum quod est ab hoc in hoc, sic est motus. Primo enim fallit hec opinio in eo, quod cum accio et passio sint diversa generalissima, impossibile est quod habeant eandem essenciam,
 25 nec quod res eadem per essenciam faciat ea. Maxima enim et completa diversitate distant generalissima, ita quod in nullo convenient, unde commune non habent quod sit universale ; ergo, multo minus diversa essencia ipsorum generum. Nullo igitur modo potest eadem res esse de essencia accionis et
 30 passionis. Motus eciam est in alio predicamento ab aliis ; et ideo falsa est hec posicio, non solum propter accionem et passionem, set propter motum. Item, si motus, ut hec posicio dicit, sit ab hoc in hoc, et accio est ut ab hoc tantum, passio ut in hoc tantum, tunc cum motus comprehendat
 35 utrumque, scilicet, ab hoc in hoc, motus componetur ab accione et passione, quod est absurdum. Et patet esse falsum,

2 motus] motus non *M* 8 in essencia] secundum essenciam *D* 16 quod] quo *M*
 35 componetur ab] exponetur ex *D*

F. 96 b 2 non solum per | priorem rationem, set per Aristotelis exempla
superius posita, unde valde caute et subtili veritate Aristoteles
ponit exempla sua. Nam nichil idem est dupla proporcio et
subdupla, quia sunt proporcioncs diverse secundum genus in
predicamento relacionis, similiter, nichil idem cum eis est 5
intervallum seu divisio inter unum et duo, unde tria sunt
hic omnino diversa in essencia; scilicet, dupla proporcio, et
subdupla, et intervallum, et tamen super hoc intervallum
comparantur hee due proporcioncs. Similiterque est de ascensu
et descensu, quod diversa sunt in essencia, et spacium est 10
41 b 1. diversum ab eis, et ita in dicto | exemplo. Cum igitur vult
ostendere nobis convenienciam et differenciam accionis et
passionis et motus per hec exempla, patet quod intencio sua
est quod hec tria, accio et passio et motus, erunt diverse res
in essencia, et tamen duo de hiis, scilicet, accio et passio, 15
comparabuntur super tertium, sicut super intervallum eorum.
Set in hoc considerandum est, quod intervallum in exemplis
de spacio et via est aliqua distancia localis inter terminos
motus, et in tercio est divisio tocius et partis secundum
rationes et diffiniciones eorum. Agens autem et paciens sunt 20
simul loco, et nichil est ipsorum medium, set tamen distant
et dividuntur secundum suas essencias et diffiniciones, et se-
cundum hoc, intervallum inter agens et paciens est magis
simile intervallo duorum et unius, quam intervallo sumpto
in aliis exemplis, et ideo, secundum hoc, non est eadem ratio 25
exemplorum, et propter hoc non attendenda est intencio
Aristotelis principaliter penes hujusmodi intervalla, set penes
hoc, quod duo diversa comparantur, et sic fundantur super
idem, ut ascensus et descensus super spacium idem, et pro-
gressus et regressus super eandem viam, et accio et passio 30
comparantur ad eundem motum.

Set obici potest, quod agens dum est agens, et in quantum
agens, aut movet et tunc est accio motus, aut non, et tunc
accio est sine motu, quorum utrumque est falsum. Similiter
de paciente, nam si dum paciens patitur, et in quantum pati- 35
tur, movetur, tunc passio est motus; si non, tunc fit sine motu.

11 dicto] tercio *FD* 12 13 nobis . . . motus *om. D* 14-15 et motus . . .
passio *om. F* 21 tamen] tum *MSS.* 35 patitur . . . quantum *om. MD*

Ad quod dicendum est, quod prima propositio duo proponit, scilicet, dum agit, et in quantum agit et dandum est unum illorum tantum, scilicet, dum agit, et non in quantum agit. Nam si agens in quantum agit, moveret, | tunc accio esset 41 b 2.
 5 motus, set dum agit movet, simul enim sunt, et concomitantur se necessario. Similiter de paciente sciendum, quod dum patitur movetur, set non in quantum patitur. Si dicatur quod, excluso omni tercio, si accio est, passio est, quia passio est effectus et illacio accionis, set si agens agat, erit accio, 10 nullo alio posito: ergo, non est hic aliud quam accio vel passio, et ideo motus erit idem cum eis, vel alterum illorum. Si ponatur esse, dicendum est quod hic sunt quatuor necessario, scilicet, operacio agentis, et dispositio aliqua ipsius patientis propter accionem, et si nichil aliud fieret. Set tamen 15 impossibile est quin propter accionem et passionem consequatur aliquis effectus, vel loci renovandi, vel forme fiende, vel quantitatis, qui effectus est aliud, ut patet, ab accione et passione. Set hic effectus non potest fieri sine via ad eum, et hec via motus est, et ideo quatuor sese concomitantur, que 20 omnino diversa sunt in essencia et natura.

Capitulum 3^m. in quo, excusacione facta de infinito loco et vacuo, proseguitur statim post motum de tempore, per comparacionem ad alias species mensure duracionum, que sunt eternitas creata et increata.

25 Aristotiles, post motum in universali, determinat de aliis antequam descendat in particulari ad species motus, et inter cetera premitit infinitum, quod, licet rationale sit, consideratis posicionibus philosophorum aliquibus, tamen non est hic necessarium nobis, qui, spretis curiositatibus erroneis multorum 30 amicorum, festinamus ad sciendam veritatem. Verum quidem est quod infinitum, proprie sumendo, vocatur aliquid extensum sine fine, ut corpus vel quantitas vel motus vel tempus, et de hoc infinito agit Aristoteles, set infra mundum | scilicet, inter 42 a 1.

2-3 et dandum . . . dum agit om. F 4 moveret] moveretur D 6 sciendum] dicendum est F 9 agat] agit D 21 tercium] quartum FD in . . . increata om. D 24 increata. Haec verba add. F: quantum cognicio temporis indiget 25 Aristotiles] Aristotilis D 27 rationale] rationabile D 28 philosophorum] phisicorum D 33 infra mundum] in figura mundi F

centrum et circumferenciam, non potest esse infinitum, licet hoc posuerunt aliqui antiqui, et hoc diversis modis. Set patet

F. 97 a 1. eorum stulticia ut non indigeat reprobacione. Utrum autem mundus sit finitus, et an extra finitum mundum sit infinitum spacium, et an motus sit infinitus a parte ante et post, et similiter an aliquid habeat virtutem infinitam; hec, inquam, habent bonas et racionales dubitaciones, et ideo de infinito propter hoc dicendum est, sed non hic, sed ubi inquiretur de hiis. Propter hoc, differendum est loqui de infinito usque ad loca sua propria, set tamen aliquando per accidens fiet mencio de infinito. Patet autem, ex diffinicionibus mathematice prius dictis, quid est finitum, et que sunt finita, et ubi fiet mencio, exponetur de eo tunc quantum sufficiet. Et de tempore dicendum est, antequam de loco et vacuo, quia tempus magis est annexum motui, et motus potest esse sine loco et vacuo, et non sine tempore. Aristoteles autem, propter modum prosequendi posiciones philosophorum, tenuit alium ordinem, set quia multa fuerunt rationabilia in temporibus suis, propter nobilitatem posicionum, et presenciam autorum illorum, et modo absurda sunt; ideo non oportet nos, querentes mentis soliditatem, imitari Aristotelem in omnibus, sicut a principio hujus voluminis explicavi.

Aggrediens igitur tractatum *de tempore*, necesse habet distinguere omnes modos duracionis, quia tempus est una species mensurarum duracionis; et opposita, juxta se posita, magis apparent, licet enim magis pertinet ad Methaphisicam docere de istis modis mensurarum, tamen non potest tempus intelligi sine aliis, ut oportet. Verum enim est simul dicere, quod causa prima est, et intelligencia est, et celum est, et omnia permanencia sunt, et quod motus est; set tamen mensura duracionis cause prime non est tempus, set eternitas increata, que est interminabilis vite possessio tota simul, secundum Boecium, quinto *De Consolacione*, et est interminabilis a parte ante, sicut a parte post, quia sine principio et sine fine. Esse

33 Boecium] *De Cons.* l. v, pr. 6.

3 indigeat] indiget *D* 5 infinitus] infinitus duracione *FD* 15 motui] ei *F*
 17 prosequendi] insequendi *D* philosophorum] phisicorum *D* 21 mentis]
 veritatis *FD* 26 apparent] apparens *D* Methaphisicam] methaphisicum *D*

vero intelligencie, et omnium permanencium, mensuratur eternitate creata, que alio nomine vocatur evum, apud philosophantes latinos istius temporis; licet evum aliis modis sumatur apud antiquos, et hec dicitur interminabilis vite possessio tota simul. Interminabilis, dico, a parte post, non a parte ante, quia exiverunt in esse per creacionem, que creacio facta est in evo, cum qua evum nascitur, sicut mensura in qua est; set mensura rei successive est tempus, et nichil est successivum nisi motus et esse mobilis in quantum hujusmodi, et ideo, cum dico causa prima est, et intelligencia est, et motus est, in prima proposicione predicatur presens eternitatis increate, et in secunda presens eternitatis create, sive ipsius evi, in tertia presens temporis. Prima duo sunt indivisibilia, tertium est divisibile, de quo dicit Priscianus, octavo libro, quod presens est cujus pars preteriit, pars futura est. Voluit tamen quod hic presens sit in verbis adjectivis, scilicet, in omnibus aliis ab hoc verbo substantivo, sum, es, est; set de hoc verbo substantivo videtur dicere aliquid dissonum predictis, dicit enim, quod presens in aliis est quod pars ejus preterita pars futura est, set in hoc verbo substantivo semper perfectio est, et nichil deest. Set intelligendum est, quod loquitur de esse secundum quod vere dividitur a significato verbi adjectivi. Omne quidem verbum | adjectivum significat motum; et esse motus est divisibile et successivum, cujus pars preteriit et pars futura est, quia non est permanens, et ideo nec verum habet esse, et perfectum. Hujus | verbi est sic accipit Priscianus ibi verbum substantivum, et presens ejus. Esse enim rei successive est equivocum, et similiter, esse permanens adhuc est equivocum, nam vel est creatum, vel increatum. Esse increatum est essencia divina, et similiter, mensura istius esse, que est eternitas increata, quia in Deo nulla est diversitas. Sua enim accio, et suum esse, et sua duracio, et sue duracionis mensura, et sua essencia, sunt penitus idem, sicut Methaphisica

14 Priscianus] 'presens tempus proprie dicitur cujus pars preteriit pars futura est'. 20 'id enim omnium semper est perfectissimum cui nichil deest', viii. 51.

3 latinos] latores *D* 5 dico] dic *M* 19 alt. quod] cujus *D* 25 quia
 . . . permanens *om. D* 28-29 et . . . equivocum *iter. M* 31 increata]
 increata et esse increatum *F*

docet. Set in re creata permanente, sua essentia est diversa a sua accione, et a suo esse, et a sua duracione, et a sua mensura duracionis, et hec omnia sunt diversa abinvicem. Similiter in re successiva; et ideo constat quod hoc verbum est, est equivocum quando predicat esse cause prime, et rei permanentis create, et rei successive. Set de hiis methaphisicus expediet. Non est tempus igitur mensura rei permanentis, set successive, et hoc est, primo et per se, ipsius motus et quietis, quia nichil est in successione nisi per motum et quietem. Omnis enim res, in qua nec est possibile ponere motum nec quietem, est permanens et mensuratur evo vel eternitate increata; unde celum, elementa secundum se totum, et intelligencie, et anima rationalis, et omnia incorruptibilia, sunt res permanentes secundum suum esse substanciali: nichil enim succedit in esse eorum substanciali, quia sunt | incorruptibilia; et ideo, secundum substancialiam suam, non mensurantur tempore, set cum moveantur, tunc oritur tempus, aut cum quiescant, dummodo alius motus fit, ex quo oritur tempus. Quies tamen accipitur pro negacione motus, vel pro privacione ejus in suo susceptibili: primo modo non est proprie quies, nec tempore mensuratur, ut causa prima non movetur, nec intelligencia, nec celum, si staret; et si hic status seu negacio motus dicatur quies, hoc erit equivoce ad quietem, que est privacio motus. Nam hec non est, nisi in subjecto susceptibili motus, et dum alius motus est, ad cujus esse sequitur tempus. Nec eciam quies talis mensuratur per se et primo tempore, set per accidens, quia, scilicet, durat dum alius motus fit, et ideo in tempore alterius motus, propter quod motus est primo per se subjectum temporis, et non quies, eciam proprie sumpta; et multo minus, immo nullo modo, quies inpropria, que est negacio motus in permanentibus, sive in creatis, sive in permanente increato. Set esse corruptibilium rerum substanciali est in continuo fluxu corrupcionis, et ideo mensuratur tempore; et propter hoc corporalia non solum mensurantur tempore propter ubi acquirendum et locum, set propter esse

15 sunt] sic enim *D*
potest sumi *F*: potest *D*
24 privacio] mensura *F*

incorruptibilia] corruptibilia *D*
20 quies] hos *D*
33 ideo] ideo non *D*

19 accipitur]
22 status] actus *D*

substantialia quod secundum successionem variatur. Ex hiis, igitur, satis in summa patet comparatio temporis et temporalium ad mensuras permanencium, ut separato tempore ab eis possimus de eo cercius pertractare, et tamen aliqua postea
 5 dicentur, per viam plenioris disputacionis, de evo, propter hoc, quod opiniones multorum ponunt evum quasi esse de natura temporis, aut consimile; sibi ipsis, sicut et veritati, contradicentibus in hac parte.

Capitulum 4^m. de diffinitione temporis secundum Aristotelem, 43 a 1.
 10 *et quid sit tempus secundum genus et differenciam, et quomodo habet esse.*

Ex predictis jam potest extrahi quid est subjectum verum temporis, cui accidit, et in quo est, cujus est primo mensura; et hoc erit motus, quia solus motus est res successiva primo et
 15 per se, et tempus est mensura successionis. Duo enim, preter motum, mesurantur tempore, scilicet, esse substantialia corruptibilem et quies. Set istud esse non mesuratur tempore, nisi per motum, et quia est in motu, nec quies, nisi quia nata
 20 est fieri in eo in quo motus, et quia non habet secundum se successionem, nisi per aliquem motum cum quo extenditur, ut exponetur inferius, et ideo tempus erit per se et primo mensura motus, et mediante motu mesurabit quietem et esse corruptibile mobilis. Quod Aristoteles verificat per signum, quia non potest tempus percipi, nisi quando percipitur motus,
 25 nec e converso. Sicut qui in Sardis diu dormierunt, non perceperunt tempus, quando expergefacti sunt, quia non perceperunt motum, ut Aristoteles dicit capitulo *de tempore*: et in libro *Problematum* dicit, quod ambulantes in dormiendo non percipiunt opera vigilie que faciunt, licet ea que sunt motus;
 30 ambulant enim, et equitant, et elevant pondera, et percuciant, et aperiunt ostia, et hujusmodi multa, et causa hujus est, secundum eum, quia non percipiunt tempus. Et propter hoc, cum perceptio motus non est, nisi cum perceptio temporis, nec e converso, signum evidens est quod motus non est sine

27 de tempore] *Phys.* iv. 97. 28 *Problematum*] vid. *de Somno et Vigilia*.

1 secundum successionem] successive *F* 4 possimus] possumus *F*
 9 quartum] quintum *FD* 9-11 diffinitione . . . esse] affectione temporis *D*
 11 habet esse] se habet ad esse *F* 16 corruptibilem] corporalium *D*

tempore, nec e converso, et quod unum alteri debetur. Et ideo Aristoteles dicit, quod tempus est numerus motus, id est, 43 a 2. mensura certa ejus, nam certitudo mensure prima reperitur in quantitate, ut vult Aristoteles in decimo *Methaphisice*. Et primo in quantitate discreta, quia communis est omni creature, 5 et etiam aliquid simile numero, sive cui numerus assimilatur est in creature, secundum quod Aristoteles dicit, primo *Celi et Mundi*, pro trinitate, quia per hunc numerum magnificamus trinum Deum et unum eminentem proprietatibus eorum que sunt creata, et ideo transmittitur nomen numeri ad certam 10 mensuram, et secundum hoc accipitur in descriptione temporis, et non pro numero proprie sumpto, ut est discreta quantitas; quia tempus secundum Aristotelem, in *Predicamentis*, et quinto *Methaphisice*, est continua quantitas, quoniam continuum est cujus partes copulantur ad communem terminum, et sic est 15 de tempore, quoniam ejus partes copulantur ad instans, sicut partes lineae ad punctum. Et secundum aliam diffinitionem continui, patet hoc idem, scilicet, quod continuum est divisibile in semper divisibilia; set tempus est hujusmodi, sicut linea. Et aliqui, propter verba dubia Commentatoris, volunt quod 20 tempus componatur ex continuo et discreto, eo quod multum et paucum sunt discreta, longum et breve continua, et tempus dicitur longum et breve, multum et paucum. Set hec est stulticia, quia multum et paucum dicuntur de tempore, sicut accidentia sua; nam longitudo et brevitudo, que magis con- 25 veniunt tempori, sunt accidentia ejus, quia sunt in quarta specie qualitatis, et ideo, multo magis, accident tempori multum et paucum. Et alii, propter hoc quod tempus dicitur esse mensura motus, secundum prius et posterius, et prius et | 43 b 1 posterius important discrecionem, volunt quod tempus habeat 30 aliquid de discreto. Set illud non cogit, nisi sicut subjectum habet suum accidens, nam prius et posterius in motu, quantum ad prima signata, hoc est prioritas et posteritas, sunt acci-

4 *Methaphisice*] x. 5. 7 *Celi et Mundi*] i. 2, 3, 6. 13 *Predicamentis*] loc. cit. 14 *Methaphisice*] loc. cit.

6 assimilatur] appellatur *F* 8 trinitate] eternitate *D* 10 transmittitur] transmutatur *D* 19 in semper] in infinitum vel in semper *D* 21 eo quod] quia *F* 26 quarta] secunda *D* 28 esse] ex *D* 31 cogit] tegit *D*

dencia partibus motus, et similiter accidunt partibus temporis et spacio, super quod motus est; et ideo nulla discrecio hic inportatur, nisi accidentalis, et talis in spacio et motu qualis in tempore. Set non dicimus spacium et motum, propter
 5 hoc, componi ex continuo et discreto, ergo, nec tempus in proposito. Item, si tempus esset compositum sic ex continuo et discreto in essencia sua, tunc nec esset species quantitatis continue nec discrete; set omnis species quantitatis est sub altera illarum; ergo tempus non esset quantitas. Et propter
 10 hoc destruitur juxta hoc alia falsitas, qua dicitur quod oracio, que dicitur ab Aristotele esse discreta quantitas, est tempus vel reducitur ad tempus mensurans voces prolatas, quoniam dicit, 'mensuratur enim sillaba brevi et longa,' et non mensuratur nisi tempore brevi et longo; set hoc esse non
 15 posset, nisi tempus haberet aliquid de natura discreti essentialiter. Set jam ex *Communibus Mathematicis*, ubi distincte sunt species quantitatis, patet quod vox ipsa est quantitas discreta, cujus partes non copulantur ad communem terminum, set in se discrete sunt, ut littere vocales et consonantes, que
 20 sunt | omnino indivisibiles, sicut et unitates in numero, unde F. 97 b 2. oracio, que ibi accipitur, est vox, composita ex dictionibus, que est discreta, quia dictiones discrete sunt, et dictiones componuntur ex sillabis discretis, et sillaba ex litteris, et ideo oracio non est ibi tempus | et propter hoc, non sequitur quod tempus
 25 sit discretum. Set hec methaphisicus habet habundancius confirmare. Sic igitur patet, quod tempus est numerus motus, id est, certa mensura et accidens, primo et per se motus, et sic eciam patet, quid est tempus secundum essenciam suam, id est, secundum genus et differenciam, quoniam tempus est
 30 quantitas continua successiva, non habens posicionem in partibus suis, eo quod non contingit signare ubi una ponatur, nec alia, sicut Aristoteles docet in *Predicamentis*, et expositum est in *Communibus Mathematicis*. Manifestum est igitur, quod tempus est accidens et mensura motus primo et per se.

13 *Cat.* vi. 4. 6. 34, 35.

2 quod] quem *F* 4 Set non] patet. Non *D* 12 quoniam] quando *F*
 13 brevi] brevis *MSS.* 19 et om. *M* 21 oracio] vero *D* 31 signare]
 assignare *D*

Capitulum 5^m. (de quiete.)

Et nunc specialius explicandum est subjectum temporis, quod est motus, excludendo quietem, et animam, et quemlibet motum datum: set in hoc capitulo, descendam solum ad quietem, quoniam si nullus motus esset, non esset tempus; si enim celum et omnia privarentur motu, tunc non esset nisi permanens, et nulla esset successio, et ideo, nec tempus, quod sequitur esse successivum. Et ideo quies non inducit tempus, set oportet quod aliquis motus sit cum quiete, nam quies de se non habet successionem, set quia motum concomitatur.

Set tunc est dubium, quoniam quies, que est negacio motus, ut est in esse divino et angelico, simul est cum motu celi, et concomitatur ipsum: ergo, quies propria, que est privacio motus, non habebit de se successionem, set solum quia concomitatur motum. Tunc cum quies hec, que est negacio motus, concomitatur motum, idem erit iudicium de una et alia, scilicet, quod neutra mensurabitur per se tempore, set utraque per accidens. Et tunc, sicut quies, que est negacio motus, mensuratur eternitate creata vel increata, et quies, que est privacio motus; quod est impossibile, quia hec est quies naturalis rerum mobilium | que non habet proporcionem ad eternitatem. Et similiter, sequetur quod quia concomitantur tempus, et simul sunt cum eo, quod sicut quies naturalis nata est mensurari tempore, saltem per accidens, quod sic quies supra naturam, quod est absurdum. Et dicendum est, quod differentia est inter has quietes; nam quies naturalis, que est a principio motus, est nata esse in mobili, scilicet, in eo quod est subjectum motus naturale, et terminat motum naturaliter, et propter hoc habet magnam comparacionem ad mensuram motus et mobilis. Et ideo potest dici proprie, quod sit in tempore, et mensuratum a tempore mensurante alium motum, quem illa quies concomitatur. Set neutrum predictorum competit quieti, que est negacio motus, que est in esse permanencium; et ideo non debet illa dici esse in tempore, nec tempus erit ejus mensura, set solum cum tempore potest esse, vel

1 Capitulum 5^m. in marg. M: om. FD 16 idem] nullum D 17 scilicet] set D 23 quod] qui F

magis verius tempus cum ea. Et ex hoc sumitur tercia
 diferencia, nam quies naturalis concomitatur proprie motum
 quem tempus mensurat, quia sunt res ejusdem generis; quia
 res naturales sunt et quies et motus ille: sed quies, que est in
 5 esse permanencium, non est res naturalis, et ideo non habet
 aliquam comparacionem ad motum aliquem. Si tu dicas,
 quod stante celo, et fit alius motus, erit tempus; et tunc hec
 quies est in eo quod natum est moveri, et ideo proprie erit in
 tempore, set excluso motu a celo, ejus esse est permanens; ergo,
 10 ejus quies recipit esse tale; ergo, esse permanentis potest
 dici, proprie, esse in tempore. Et hic potest dici, quod dupli-
 citer potest intelligi quies in celo, si ipsum stet; una est negacio
 pura motus, que fundatur in esse ejus | permanente, et hec est 44 a 2.
 in eo, dum movetur sicut quando non movetur, nam hoc esse
 15 est simile esse intelligenciarum, quia mensuratur evo: et ideo
 hec quies non debetur celo, in quantum est mobile, nec in quan-
 tum est subjectum motus, et ideo non habet quies ista esse
 proprie in tempore, set simul cum tempore, vel magis tempus
 cum ea. Set si loquamur de quiete, que est privacio motus
 20 celi ipso stante, et refertur ad ipsum in quantum est mobile, et
 in quantum terminat motum suum, potest dici quod, si esset
 terminus ejus naturalis, tunc saltem sequeretur de hac quiete
 quod | esset in tempore in quo alius motus fieret. Set quia F. 98 a 1.
 secundum aliquos non est naturalis, ideo potest dici quod erit
 25 magis negacio motus quam privacio, et ideo non habet com-
 paracionem ad esse motus positivi, sicut nec negacio ad
 affirmacionem habet comparacionem, quia non est comparacio
 pure nichili ad aliquid. Et secundum hoc, quies triplex
 reperitur: una, que est impropria quies, et est negacio pura
 30 motus, set fundatur super esse nobile, ut super esse permanens
 eternum vel eviternum, et illud nullo modo est in tempore, nec
 proprie cum tempore, set magis tempus cum ea, set illa habet
 esse prius tempore et absolutum et incorruptibile, et ideo non
 habet comparacionem ad esse temporis et motus corruptibile

6 tu dicas] dicatur <i>D</i>	7 fit] sit <i>D</i>	9 permanens . . . esse <i>om.</i> <i>F</i>
13 permanente] stabili permanente <i>FD</i>	20 ipsum] ipsam <i>F</i>	24 ideo]
non <i>D</i>	26 positivi] poniti <i>FD</i>	30 nobile] mobile <i>F</i>
eviternum <i>om.</i> <i>D</i>	32 <i>alt.</i> set] quia <i>F</i>	31 vel
		33 absolutum] absolute <i>D</i>

et hoc, licet pro celo et corporibus incorruptibilibus sit in eo quod natum est esse subjectum motus, tamen non est in eis in quantum sic nata sunt esse, sed absoluto modo, secundum esse permanentis. Alia quies, inproprie dicta, est illa que in celo poneretur, si staret, nec est in eo in quantum est subjectum | 5
 44 b 1. motus, nec natum moveri, et est purum nichil, nec fundatum super aliquod esse, et ideo quia nichil est, non habet comparationem ad aliquid, et ideo nec ad motum alterius quam celi, nec ad tempus ejus. Et hec consideranda sunt, si velimus dicere quod celum naturaliter semper movetur quantum est de se, et non est natum quiescere, posito tamen quod quiesceret per impossibile, aut per voluntatem divinam. Tercio modo est quies propria, que est terminus naturalis ipsius motus, et est in mobili in quantum natum est moveri, et hec est proprie in tempore, et mensuratur a tempore illius motus quem concomi- 15
 tatur, licet non de se habeat naturam successionis. Set adhuc obicitur, quod Aristoteles, in sexto *Phisicorum*, arguit quietem in tempore esse, quia quiescere est se habere nunc ut prius, ergo, in ea est prius et posterius secundum se. Dicendum est, quod hoc non est secundum se, set solum verum est verbum 20
 Aristotelis de quiete propter motum quem concomitatur et non secundum se: proprie ei tamen assignatur se habere nunc ut prius, et non aliis quietibus, quoniam naturaliter concomi-
 tatur motum et tempus, non sic alie.

*Capitulum 6^m. in quo declaratur quod anima non est sub- 25
 jectum temporis nec aliquis motus dictus precise.*

Mirum est valde quomodo Avercroy's cecidit in errorem de tempore, quod sit in anima, cum ipse fuerit multum literatus homo; set aut mala translacio et vicium translacionis fuit causa huius erroris apparentis. aut ipse hic erravit, sicut in aliis 30
 multis locis, ut tactum est in priori distincione, et in principio
 44 b 2. istius libri, et alias tangetur, sicut fuerit oportunum. | Aristo-

17 *Phisicorum*] vi. 30, 73.

6 et . . . nichil *om. D* purum] pure *F* 21, 23 concomitatur] concomi-
 tantur *FD* 26 nec . . . precise *om. D* dictus] datus *F* 27 quomodo]
 quando *F* 29 fuit] sunt *D* 32 istius] hujus *D*

teles enim demonstrat tempus non esse in anima, quoniam tempus est propria mensura motus; et motus non est in anima, ergo, nec tempus. Stabit igitur sententia Aristotelis, et evacuabit fantasiam que innuitur in verbis Commentatoris.

5 Item, si anima non esset, posset motus esse, et ita tempus; ergo, dependet non ab anima. Set phantastici dicunt quod hec argumenta procedunt de anima hominis vel bruti, set non de anima mundi, et maxime secundum argumentum. Set primo, non habent ab Aristotele animam mundi, set a Platonis, quos impugnat Aristoteles. Secundo, secundum veritatem non est anima mundi, quoniam non esset vegetativa propter vilitatem, nec potest esse anima sensitiva nec rationalis, quia tunc mundus esset animal, et homo vel aliqua species animalis rationalis, quod est absurdum in philosophia; vel saltem esset
10 animatum intelligibile tantum, et non sensibile, quod similiter absurdum est. Et videtur esse contra fidei veritatem, quia tunc mundus foret particeps eterne glorie, sicut homo vel angelus, quod est omnino impossibile et irrationabile.

Nec potest dici quod anima mundi non est anima tocus mundi, set celi tocus, aut celi primi, quia tunc sequeretur inconveniens nunc dictum, quod celum, vel mundus, esset capax future felicitatis propter intellectum, quia omnis substancia intellectiva, vel habens eam sui partem, est capax eterne beatitudinis, id est, nata ad hanc, quod non conceditur de celo.

25 Item, primum argumentum non potest solvi, quoniam si esset talis anima, non esset motus in ea, secundum esse reale, et ideo nec tempus; posset enim esse in ea secundum viam apprehensionis, sicut alia intellectibilia, set hoc esse in anima est esse secundum quid, et non simpliciter, nec esse quod debetur
30 accidenti, prout est in suo subjecto, si enim hoc esset, tunc | 45 a 1.
omnia accidentia que intelliguntur ab anima essent accidentia | F. 68 a 2.
ejus, et in ea, quod est impossibile et stultum. Et per hanc viam patet, quod fingi non potest, quod anima mundi sit motor celi sive mundi, ita quod tempus sit in eo, ideo, nec motus.

35 Item, anima humana, et anima mundi si esset, et motor celi,

12 vilitatem] utilitatem *FD* 14 saltem] saltim *M* 18 et irrationabile] et irrationale *F*: *om. D* 21 vel mundus *om. FD* 24 non *om. F* 28 intellectibilia] intelliencia *D* 33 non *om. D*

sunt substantie spirituales ; ergo, nulla quantitas continua est in eis, ergo, cum tempus sit quantitas continua, non erit in illis. Item, tunc mensurarentur tempore, quia tempus mensurat suum subjectum, ergo, haberent esse successivum secundum suam substantiam. Item, constat quod mensurantur eternitate, 5 secundum suum esse, igitur, superflua est alia mensura durationis et impossibilis. Item, certum est secundum Aristotelem, et verba Averoy's pluries sonant quod subjectum temporis est motus ; si igitur ejus subjectum est anima, aut utrumque erit precisum et primum subjectum, quod est impossibile, aut unum, 10 mediante altero. Set non est motus subjectum ejus mediante anima, nec e converso, quia tunc ambo essent in eodem, vel unum in alio ; set neutrum est hic. Et propter hoc, relinquendum est hoc, tanquam erroneum.

Et evacuandus est alius error consimilis, qui imponitur 15 Averoy's ; et est, quod motus aliquis determinatus, ut motus celi primi, sit ejus subjectum, et istud vulgatur. Set hoc est impossibile, demonstrante Aristotele, qui dicit, in capitulo *de tempore*, si plures essent celi primi, plures essent motus primi, non tamen plura tempora. Set tamen ad multiplicacionem rei 20 alicujus sequitur multiplicacio sui accidentis, ut quot sunt homines, tot sunt risibilia. Manifestum est igitur, quod motus celi non est subjectum precisum temporis, a quo causetur. Item, stante celo, et fieret aliquis motus, esset tempus ; ergo, 45 a 2. non est motus celi precisum | ejus subjectum. Si dicatur, quod 25 non posset esse motus aliquis stante celo, quia suus motus est causa aliorum motuum, dicendum est, quod motus celi non est causa motus localis recti, set motus secundum formam, ut generacionis, et corrupcionis, et alteracionis, et augmenti. Aristoteles enim dicit, in fine *De Generacione*, quod motus 30 celi fit ut adducatur generans per varias partes habitabilis, scilicet, sol et alie stelle. Set motus rectus elementorum non est annexus generacioni et corrupcionis, et ideo non dependet a motu celi ; quare, stante celo, lapis descenderet deorsum.

18 de tempore] *Phys.* iv. 93.

30 De Generacione] ii. 56, 57.

3 mensurarentur] mensurentur *D* tempore] tempora *D* 8 quod]
 secundum *D* 27 28 aliorum . . . causa *om. D*

Item, motus voluntarius magis elongatur a motu celi quam motus elementorum, in ordine cause et causati, et ideo, cum sit a libertate voluntatis, fieret et si non esset motus celi, et ideo tempus. Item, sublimando philosophiam per ea que sunt
 5 fidei et philosophie, possumus dicere, quod corpus glorificatum non dependet a celo, quod non est glorificatum; ergo, potest moveri, et si staret celum. Et similiter, alteraciones inferni fierent in tempore stante celo, et saltem non dependent a celo, quare cum in eis sit motus, debetur eis, secundum se, tempus.
 10 Certe, licet hec videantur theologica, tamen philosophi locuti sunt de corpore glorificato, et de penis inferni; sicut patet nono et decimo *Methaphisice* Avicenne, et in philosophia Democriti, et Platonis, et Tullii, et apud alios, in quorum libris invenitur resurrectio corporum, et de penis inferni. Et iterum,
 15 nos philosophantes Christiani possumus alcius sapere quam infideles, et ideo, in falsitatibus reprobandis, que sunt cause errorum nostrorum possumus | sublimare philosophiam et 45 b 1. juvare eam, vel magis perficere per adjutorium fidei, et precipue per hec que vulgata sunt apud omnes, tam laycos quam
 20 clericos, ut est resurrectio corporum, et gloria eterna, et pena inferni, et hujusmodi. Ex hiis igitur patet quod nullus motus datus est precisum subjectum temporis; ita quod non alius, set omnis motus indifferenter. Et ideo si nullus motus esset, tempus non esset; et si quicumque motus fieret, tempus nasce-
 25 retur; sicut accidens et mensura illius motus successiva. Et jam per hoc patere potest illa gravis difficultas de unitate temporis. Exponentes | vero Commentatorem, dicunt quod F. 98 b 1. tempus est unum, quia motus celi est unus, quem sequitur tempus sicut ejus subjectum precisum. Set hoc reprobatum
 30 est, prius quoniam non numeratur nec multiplicatur tempus secundum multiplicationem motuum primorum celorum, ergo, nec ejus unitas est ab unitate motus talis. Et ad hoc faciunt omnia que dicta sunt ad illam posicionem, quod motus celi est subjectum temporis.

6 *alt. non om. D* 7 *staret] stat F* 8 *fierent] fient F* in tempore
om. D 13 *alios] omnes alios D* 17 *nostrorum] mangnorum F:*
magnorum D *possumus] presumus F* *sublimare] sublimari D* 30 *non*
om. D 31 *multiplicacionem] multitudinem FD* 33 *ad] contra FD*

Deinde est alia posicio falsior, quod tempus habet unitatem a materia, quoniam materia est origo omnis mutabilitatis, et ideo tempus, quod est passio motus, materie debetur. Et quia ponunt quod materia est unum numero, dicunt quod tempus est unum numero, et hec est opinio vulgata apud multos, et 5 maxime apud quosdam theologos. Set hec est falsa propter duas causas: una est, quod fundamentum eorum est falsum, scilicet, quod materia est una numero, sicut prius demonstravi sufficienter, set est una genere generalissimo; ergo, tempus
 45 b 2. non capiet unitatem numeralem ex ea. | Deinde, etsi materia 10 esset una numero, non tamen daret unitatem tempori, quoniam materia non movetur in actu, unde motus non est nisi compositi ex materia et forma, et ideo materia est causa remota respectu temporis, set unitas accidentis est causa propinqua; et precipue cum non sit motus nisi in corpore, 15 nullum enim incorporeum movetur secundum philosophiam, et demonstrabitur hoc postea quod nullum inpartibile movetur, ut Aristoteles docet, set materia non est corpus. Ceterum corpus nec compositum est subjectum temporis immediatum, set motus, ut prius ostensum est, quia si corpus 20 celi unum corpus tale esset subjectum temporis mensurantis motum suum, tunc ejus esse corporale mensuraretur tempore; quod falsum est, quia mensuratur evo; ergo, non habet respectum ad tempus, nisi quando est sub motu; ergo, longe minus habet materia respectum ad tempus, quare 25 materia secundum se non est ejus subjectum, sed motus in corpore et materia, et ideo causa immediata unitatis temporis non potest esse materia. Set accidens non numeratur nisi ex causa proxima et subjecto ejus immediato. Tercia opinio imponitur, Avicenne, secundum ejus translatores in 30 4^o *Physicorum*; ibi enim scribitur quod tempus est accidens uni motui, et tamen est mensura plurium, sicut longitudo ulne est

31 *Physicorum Avicenne*] *De Sufficiencia* ii. c. 11.

2 omnis] communis *D* 3 quod] quomodo *M* 4 unum] una *D*
 8 est una] sit una *F* demonstravi] demonstratum est *FD* 12 nisi] nature
D 16 incorporeum] corporeum *D* 17 quod] quia *D* inpartibile]
 ipti^o MSS. 21 unum corpus tale *om. D* 22 corporale] corruptibile, *corr.*
 incorruptibile *D* 24-25 nisi . . . tempus *om. F* 29 ex] a *FD*

accidens soli ulne, et tamen mensurat infinitas alias longitudes
 pannorum equales et subjectas. Curialis videtur posicio, set vana
 est, nam non contingit assignare aliquem motum qui mensuret
 omnes, nisi sit motus celi. Set de illo probatum est, quod
 5 non potest esse precisum subjectum temporis, et si ille motus
 cessaret, et alii fierent, adhuc esset tempus mensura aliorum.
 Et iterum, si nullus motus esset mensura aliorum, set omnes
 essent indifferentes adinvicem, adhuc tempus non multiplicaretur,
 licet plures motus essent, quorum nullus alium mensuraret, |
 10 qui debetur cuilibet indifferenter, in quantum est accidens, 46 a 1.
 sicut in ratione mesure, cujus demonstratio certificabitur
 inferius. Dicitur eciam pessima falsitas, scilicet, quod unum
 est tempus commune omnibus, scilicet, quod mensurat motum
 celi; et quilibet motus habet proprium tempus tanquam pro-
 15 priam periodum et mensuram, unde vult hec fantasia, quod
 esse cujuslibet corrupcionis habet suum tempus proprium et
 precisum, et ita non sunt solum plura tempora simul, set infinita.

Set hec posicio habet contradicciones proprias. Primo, quia
 illi, qui ponunt materie unitatem esse causam unitatis tem-
 20 poris, ponunt hanc posicionem; et ideo, simul ponunt tem-
 pus esse unum numero et in omnibus, sicut materiam
 unam numero et in omnibus; et quod sunt plura et infinita
 tempora secundum numerum, et ita contradicunt sibi ipsis.
 Secundo, patet eo quod reprobatum est, quod motus celi sit
 25 causa unitatis temporis, et nullus motus datus sit causa dati
 temporis. Deinde, Aristoteles et Averoy's et omnes autores
 concordant in hoc, quod impossibile est plura tempora simul
 esse, ut prius recitatum est in sua demonstra|cione et alibi, F. 98 b 2.
 in capitulo *de tempore*, dicit quod non possunt esse plura
 30 instancia simul, nec plures dies, nec plures anni, nec aliqua
 alia tempora simul plura. Et potenter volo demonstrare hoc,
 per hanc viam: omne dimensionatum, licet a parte ea qua
 dimensionatum est, excludat aliud secum a sua mensura,

29 de tempore] *Phys.* iv. 90.

1 et] ei <i>FD</i>	2 subjectas] adjectas <i>D</i>	16 cujuslibet] cujus <i>D</i>	habet]
habeat <i>D</i>	19 unitatem] unitatem essencie <i>D</i>	23 tempora <i>om.</i> <i>D</i>	
24 eo <i>om.</i> <i>FD</i>	25 dati] data <i>F</i>	27 hoc] hec <i>D</i>	33 excludat]
excludit <i>F</i>	aliud <i>om.</i> <i>D</i>		

tamen a parte illa qua non est dimensionatum, non excludit aliud: set motus non habet dimensionem, nisi secundum longitudinem spacii, et hoc est a preterito in futurum; ergo, ^{46 a 2.} respectu presentis non habebit dimensionem, | qua excludat alium motum; ergo, simul possunt esse plures motus in presenti, ⁵ licet preteritus et futurus simul esse non possunt. Major propositio patet in simili de mensura loci et ubi, nam linea continua secundum longum habet dimensionem; non compatitur aliam in eodem loco secundum longum, set excludit eam a loco suo. Set quia secundum latum et profundum est indivisibilis, ideo ¹⁰ secundum illas compatitur secum infinitas. Eodem modo superficies, quia habet dimensionem secundum longum et latum, ideo non compatitur aliam secundum illos respectus; set quia non habet profundum, ideo secundum profundum possunt simul esse infinite, quia sic sunt omnino indivisibiles, et nulla aliam excludit. ¹⁵

Set obicitur fortiter, cum motus sit subjectum temporis, et accidens numeratur ad numeracionem sui subjecti, ergo, secundum numerum motuum erit numerus temporum. Et dicendum, quod quatuor sunt accidentia que secuntur res subjectas aliter quam alia accidentia, et sunt ubi, et duracio ²⁰ presens, et due mesure durandi, scilicet, locus et tempus. Nam hec duo, scilicet, ubi, et duracio presens, debentur rebus per naturam unionis et indivisionis, et indistancie, et per privacionem dimensionis, et ideo una res subjecta eis non excludit aliam, sicut patet de ubi plurium linearum secundum profundum et ²⁵ latum, et de ubi plurium superficierum secundum profundum, quia ubi debetur hic pluribus rebus, in quantum sunt indivisibiles et indistantes per privacionem dimensionis, que facit distanciam. Linea enim non habet latitudinem, et ideo a loco suo proprio non habet unde excludat secundum latitudinem ³⁰ ^{46 b 1.} aliam lineam, | et ideo secunda linea non distat secundum latitudinem a loco prime linee, quia distare non posset nisi prima linea haberet latitudinem per quam faceret distanciam in latum; quapropter secunda linea est immediata loco prime linee secundum viam latitudinis, et ideo ubi earum unum est ³⁵

6 preteritus et futurus] preteritis et futuris F 7 continua om. FD
 9 excludit om. D 11 illas] illas vias FD Eodem] Eadem D 15 infinite]
 imperfecte D

numero, quia debetur per modum unionis et indivisionis; et locus similiter earum unus, et sic est duracio presens, ut predictum est; quoniam debetur motui dato in quantum non habet dimensionem, et in quantum indivisibilis est, quia non
 5 habet dimensionem nisi per decursum a preterito in futurum, et per comparacionem ad presens non habet motus dimensionem per quam faciat alium motum distare a suo presenti, et propter hoc, ista duracio debetur pluribus motibus per naturam unionis et indivisionis et privacionis omnis distancie,
 10 et ideo sese compaciuntur in hac duracione, et ideo in presenti tempore.

Et ideo dicendum est, quod tempus non debetur motibus pluribus tanquam pluribus subjectis, set tanquam uni subjecto, et non plus addunt duo motus ad pluralitatem subjecti quam
 15 unus. Debetur igitur unum tempus pluribus motibus, tanquam pluribus rebus, set non tanquam pluribus subjectis, set uni subjecto, quia debetur eis per proprietatem unionis et indivisionis et indiversitatis. Set alia accidencia omnia a predictis, debentur pluribus rebus per naturam diversitatis et
 20 differencie, secundum quod res distincte sunt in se; et ideo numerantur in eis. Set textus Aristotelis, male intellectus a multis, inducit hic dubitaciones; volunt enim quod Aristoteles 46 b 2. inducat ad probacionem unitatis temporis exempla de numeris. cum dicat quod tempus est unum duorum motuum, sicut
 25 idem | est denarius decem hominum et decem equorum. Set F. 99 a r. constat, sicut vult in fine capituli *de tempore*, quod denarius non est idem numero, set specie; ergo, tempus est unum specie, et non numero. Dicit enim in fine capituli, quod idem est numerus decem hominum et decem equorum, quia denarius,
 30 non tamen idem denarius, set alius, et alius numero. Ergo, sic erit de tempore. Et confirmat exemplum de numeris per exemplum de speciebus trianguli, dicens quod due species trianguli sunt eadem figura, quia triangulus, non tamen idem

26 de tempore] *Phys.* iv. 134.

4-6 et in quantum . . . dimensionem *om.* F 5 decursum] discursum *D*
 7 motum] aliquem *D* 21 intellectus] intelligitur *D* 22 multis]
 multis, et *D* 27 idem] idem denario *D* *alt.* est] erit *D*

triangulus, set alius specie, et alius, et sic denarius in decem hominibus et decem equis est idem numerus specie, set alius, et alius numero. Et ideo videtur quod Aristoteles contradicat sibi, aut quod tempus erit unum specie, et non numero, quoniam in fine capituli habetur quod numerus est idem specie 5 et non numero; set prius in eodem capitulo voluit quod tempus fuerit idem, sicut numerus denarius. Et ideo, si tempus est unum numero, denarius erit unus numero, et ideo contradicit sibi in denario. Si vero denarius est idem specie, et tempus habet similem unitatem, tunc tempus erit unum 10 specie, quod est impossibile, et contra dicta.

Ad certificandum istas perplexitates quidam volunt dicere, secundum verba Commentatoris, male translata saltem, quod numerus est in anima, et ideo non numeratur ad numeracionem rerum, vel saltem dependet ab anima, quod non sit in actu sine 15 ea, set in potencia, sicut sua opinio est de tempore; et sicut, per eandem artem, in anima fiunt diversa extra eam, sic per eundem numerum in anima numerantur diversa. Set si numerus esset in anima, tunc anima esset quanta, quia numerus 17 a 1. est quantitas | vera, et ita anima una esset multe. Item, res 20 numerate dicuntur vere numerari a numero suo. Set si anima non esset, essent res numerate ab eisdem numeris, ut due, vel tres, vel quotcunque; ergo, non dependet numerus rerum ab anima. Et iterum, cum res plures et diverse, ut duo, vel tres, vel quecunque, date, sunt semper vere quante a numero, sicut 25 a magnitudine, tunc, si numerus esset in anima, aut non esset in rebus in actu sine anima, tunc res essent quante et vere, licet quantitas earum sit in alio et non in actu in eis, quod est absurdum. Et iterum, finaliter, auctoritate Aristotelis destruitur hec posicio, eo quod in fine capituli dicit, quod numerus 30 non est unus numero, set specie; propter quod alii dixerunt quod numerus est in rebus secundum veritatem. Set quia non habet posicionem in eis, ideo non numeratur secundum earum numeracionem: unitas enim non habet posicionem nec situm,

5-6 quoniam . . . numero *om. F* 7 ideo] ita *D* 14 non *om. D* 15 rerum
om. D 18 diversa] diversantur *D* 21 numerate *om. D* 25 sunt]
sint *F* 27 quante] quante semper *D* 30 *pr.* quod] quia *FD* 34 situm]
figura tamen *F*

sicut punctus, et ideo nec numerus, sicut magnitudo. Set hec
 posicio jam destructa est autoritate Aristotelis, qua dicit
 denarium esse specie unum, et tunc esset sola una unitas in
 omnibus rebus; ergo, omnes res essent une eadem unitate;
 5 ergo, non different numero. Et iterum, tunc per hanc rationem
 una anima esset in omnibus, quia anima non habet posicionem.
 Set hec vana sunt et falsa.

Et ideo, aliter dicitur magis probabiliter, secundum aliquos
 satis famosos, quod numerus est idem numero alico modo in
 0 diversis, set non sicut quantitas discreta numeratorum; sic
 enim diversificatur secundum diversitatem eorum, set secundum
 quod est mensura eorum. Idem enim denarius non numeratus,
 non potest esse diversorum numeratorum, set potest esse
 eadem mensura: denarius enim non mensurat hec decem quia
 5 hec, set quia in hiis est unum tociens replicatum, et illud
 reperitur in omnibus decem. Quia ergo | omnia communicant 47 a 2.
 unam naturam, per quam mensurantur a denario, propterea ab
 uno denario possunt omnia mensurari. Set illud nimis obscure
 dictum est. Et ideo, oportet dici quod numerus est accidens,
 10 et numerus est mensura. Inpossibile autem est, quod in eo
 quod est accidens, quod unum sit accidens plurium, ut unus
 denarius plurium decem, sicut decem hominum et decem
 equorum, set idem numerus numero, ut denarius decem
 hominum potest esse mensura eadem decem hominum et
 25 decem canum et decem equorum, sicut eadem longitudo
 ulne | est solum accidens ulne et non plurium rerum, set ad F. 99 a 2.
 longitudinem unius ulne possunt certificari et mensurari infinite
 longitudoines, aut pannorum, aut lignorum, et vie, et cujus-
 libet magnitudinis, et sic ad certitudinem mesure denarii decem
 30 hominum, potest eadem certitudo mesure haberi in decem
 canibus et equis per denarium hominis, si comparetur ad eum.
 Dicendum est igitur, quod numerus, in quantum est accidens,
 est diversus in specie, et hoc docet Aristoteles in fine capituli,
 set in quantum est mensura, sic potest esse eadem numero
 35 in ratione mesure respectu plurium; et Aristoteles in pre-

2 est] ex D 7 hec vana] humana F 8 Et ideo] Iterum D 9 quod]
 quia F 21 unum] unus D 22 decem sicut om. D 26 set] quia F
 30 haberi] habere D 35 ratione] fine D mesure] mensurare F

cedentibus, quando comparavit tempus numero, consideravit numerum secundum rationem measure, et tempus similiter, non solum in quantum est mensura, set in quantum est accidens; unde volunt dicere quod tempus omnino est unum numero, eciam in quantum accidens, sicut numerus est unus numero in via measure, set non in via accidentis. Quia hoc non expressit prius, ideo, ne error fieret, exposuit se in fine capituli; unde ipse innuit se in unitate temporis per unitatem numeri, quantum potuit. Set quia diversitas est aliunde, ideo
 47 b 1. hoc in fine | notavit.

Capitulum 7^m. de instanti.

Hiis adjungam aliqua de instanti et evo, nam instans dat quoddam esse tempori, cum sit ejus terminus; et evum, secundum veritatem, est multum simile instanti in hoc, quod utrumque est indivisibile, et, secundum opinionem multorum, est magis simile tempori, quoniam dicunt ipsum habere prius et posterius quodammodo speciali, et ideo, necessarium esse judico considerare de evo.

Circa vero instans, primo sciendum est de ejus essentia et esse. Aristoteles quidem dicit, quod instans habet esse fluens, et non est fixum, sicut punctus. Ex hoc igitur, videretur alicui quod instans non esset omnino indivisibile, cum habeat aliquid successionis et variacionis in suo esse: et si in esse, ergo in substantia, quia hoc esse est essentiale substantie ejus. Ergo, videtur habere diversa esse, quorum unum alii succedit, et ita erit de natura temporis, et continui, et quantitatis. Et dicendum est quod, quia tempus non habet esse nisi in fluxu, ideo instans, quod est ejus terminus, et dat ei esse quodammodo, quia dat ei finitatem, habet naturam fluxibilis suo modo impartibili, set fluxus in tempore ponit partes diversas et quantas copulatas ad communem terminum. Ista vero esse ipsius instantis sunt quodammodo diversa, set non copulantur ad communem terminum secundum rationem specierum quanti-

2 measure] in fine D 13 quoddam] quodmodo F 14 quod] quia D
 17 necessarium esse] necessaret D 20 quidem] quidam F 21 videretur]
 videtur D 27 esse om. D 30 impartibili] in particulari F

tatis, nec tamen sunt discreta, ut unitates omnino, set quodammodo uniuntur in essencia instantis, et ideo simul manent. Set adveniente posteriori esse, corumpitur prius, et utrumque est indivisibile, et non quantum sicut essencia; et ideo patet
 5 quomodo differt a tempore et a numero, et ab | unitate, et 47 b 2.
 a puncto. A tempore, quia varietas in instanti non habet partes quantas, nec continuantur sua esse ad communem terminum, sicut partes temporis, et ideo nullum totum continuum fit ex eis, nec eciam discretum, quia utrumque illorum
 10 esse unitur in essencia instantis indivisibili. Set unitates numeri non adherent in alico uno indivisibili, nec alico vere uno set per aggregacionem, et ideo sunt ista esse sicut unitates, et differunt a punctis, quia puncta habent esse et stabile et fixum. Et quod obicit de fluxu essencie, dicendum est quod,
 5 quia esse sunt essentialia, et esse essencie, ideo fluxus eorum est fluxus essencie, unde essencia fluit secundum ea, et ideo non requiritur alius fluxus in essencia.

Secundo, considerandum est de instanti, in quantum est terminus preteriti et futuri. Aristoteles enim dicit, quod
 10 instans sic se habet, sicut duo puncta in extremitatibus ejusdem linee, set ista puncta omnino sunt diversa secundum substantiam et secundum esse, ergo, | instans tale erit duo F. 99 b 1.
 instantia, secundum quod est terminus preteriti, et principium futuri. Et dicendum est, quod instans comparatur duobus
 25 punctis, non quantum ad substantiam punctorum, set quantum ad esse. Instans igitur habet esse diversa, sicut duo puncta, set non habet substantiam diversam ut duo, et hoc totum non est aliud, nisi quod vult per hoc determinare, quod instans habet varietatem in suo esse, non sicut unus punctus, set sicut
 30 duo. Et est sermo excessivus superficie tenus, sed intelligitur quantum ad similitudinem varietatis in esse, et non in substantia; et quantum ad unum esse, est finis preteriti, et quantum ad aliud, est principium futuri, et quantum ad essenciam suam, est continuacio preteriti et futuri.

35 Tercio, | considerandum est an idem instans secundum sub- 48 a 1.

1 unitates] unitatis *F* 5 quomodo] quod *D* 15 eorum] illorum *D*
 21 set] sicut *F* 23 principium] inicium temporis *D* 28 determinare]
 declarare *D* 30 excessivus] successivus *F*

stanciam semper maneat in tempore, sicut Aristoteles querit. Et Aristoteles arguit ad utramque partem contradiccionis, dicens: si idem instans secundum substanciam semper maneat, in quo res quelibet presens est, tunc omnia simul sunt, et que fuerunt in millesimo anno, et nunc, et in futuro quocunque, quia nichil 5 est presens nisi in instanti, et ideo si idem instans semper manet in isto tempore et non plura, tunc quicquid habet esse presencialiter est in isto instanti. Set que sunt in eodem instanti sunt simul, ergo, omnia. quāndocunque sunt in suo presenti, sunt simul, quod est impossibile. Set in contrarium arguit sic: si 10 instans aliud et aliud est, tunc secundo adveniente corrumpitur prius, set non in se, quia quodlibet manet et est in se non in alio instanti continuo, quia non sunt continua nec in instanti alio consequentur, qua ratione enim corrumpetur in uno istorum et in quocunque. Set hec sunt infinita in quolibet tempore, ergo, 15 unum instans maneret in infinitis, corrumpendum in eis, quod est impossibile. Et Aristoteles vult, quod instans corrumpatur, et non sit unum per totum tempus, set infinita sunt in quolibet tempore, non tamen continua, nec contigua, quia inter quelibet duo cadit tempus medium. Et prima pars 20 tenenda est. Objeccio ergo contraria solvitur per hoc, quod instans, cum non sit mensura durandi, non habet mensuram, et ideo nec in se nec in alio corrumpitur sicut mensura. set sicut accidens corrumpitur per corrupcionem sui subjecti, suum autem subjectum est mutatum esse, quod est terminus motus, 25 sicut subjectum temporis est motus, et hoc mutatum esse est dispositio ipsius mobilis, secundum quod replicat se per 48 a 2. diversas | partes spacii sic enim fiunt infinita mutata esse, quia instans sequitur id quod fertur sicut tempus motum, ut Aristoteles dicit, non tamen sequitur ipsum secundum suam 30 substanciam. set secundum esse sua, que vocantur mutata esse; eo quod secundum ea mutatur, et sunt hec mutata esse in motu, sicut instancia in tempore. Per jam dicta in hoc tercio problemate, et in secundo, patet magnus error et

1 maneat] maneret *D* 3 secundum substanciam *om.* *D* maneat]
manet *D* 7 isto] tanto *F*: isto *D* 8 isto] illo *D* 10 simul] sibi
simul *D* 12 *alt.* non] nulla dua *D* 24 subjecti] objecti *D* 25, 26 quod
est . . . esse *om.* *D* 32 eo quod] quia *FD*

stultus; nam estimant multi quod instans est tota substantia
 temporis, et quod unum instans semper manet quodammodo
 in toto tempore, et quod unum et idem est semper in toto
 tempore secundum substantiam, variatum secundum esse
 5 tamen, quia Aristoteles dicit aliquando, quod instans manet
 secundum substantiam, variatum secundum esse, sicut Socrates
 in theatro et in foro; et dicit quod instans sequitur ipsum
 translatum, et translatum est idem secundum substantiam in
 toto motu, licet varietur secundum esse. Set decipiuntur
 10 nimis in hiis verbis, nam hee autoritates Aristotelis sunt de
 instanti propter fluxum suum, per quem habet diversa esse,
 sicut prius expositum est, nec aliud intendit per has autoritates.
 Est enim instans idem secundum substantiam, diversum
 secundum esse, sicut dictum est, set non propter hoc est unum
 15 instans semper manens in toto tempore, nec in alico tempore
 dato, nam saltem in quolibet tempore dato est unum instans
 in principio, et aliud in fine, et infinita in medio, set in potencia
 quodammodo et in actu alico, | scilicet, medio modo inter F. 97 b 2.
 actum et potenciam, sicut puncta in medio linee. Decepti
 20 igitur propter autoritates Aristotelis male intellectas ab eis,
 set intelligendas ut dictum est, fingunt quod nunc replicatum |
 per esse diversa, facit tempus, et ita manet semper substantia 48 b 1.
 ipsius nunc set esse sunt variata. Set cum substantia ipsius
 nunc et sua esse sint indivisibilia, nunquam faciunt divisibile
 25 nec quantum. Item, ipsum instans, secundum substantiam et
 fluxum suum, coartatur inter finem preteriti et principium
 futuri, nam secundum substantiam suam continuat preteritum
 et futurum, et secundum esse unum est finis preteriti et secun-
 dum aliud est principium futuri. Et nichil plus invenitur
 30 de instanti secundum sententiam Aristotelis, et secundum
 veritatem; ergo, tota substantia preteriti et futuri requiritur
 aliunde quam ab instanti. Item, in nulla quantitate continua
 est quod suum indivisibile faciat quod est divisibile in ea;
 ergo, nec hic. Consequencia patet, quia omnis quantitas
 35 continua habet eandem rationem continui, quia eadem est

12 aliud *om.* *D*
 sunt de instanti
 substantiam sunt *D*

16 nam] non *F*
 23 esse] esse ejus *D*
 34 quia] quod *D*

20 Aristotelis. *Haec verba add.* *D*
 24 esse sint] esse secundum
 35 eandem *om.* *F*

diffinicio continui in omnibus. Item, in diffinitione quantitatis continue cadit divisibile, quia continuum est, quod est divisibile in semper divisibilia; ergo, divisibile est ei essenciale per totam sui substantiam, quare oppositum ejus, scilicet, indivisibile, repugnat substantie ejus; ergo instans, cum sit indivisibile omnino et nullo modo quantum, non potest esse tota substantia nec pars substantie temporis. Item, non est pars substantie temporis, quia tunc esset pars ejus aliqua quantitativa, quia ejus substantia est sua quantitas; ergo, multo magis non est substantia temporis. Item, nichil facit substantiam motus nisi partes ejus; ergo, cum successio temporis et motus sint consimiles et equales, nichil facit substantiam temporis, nisi partes ejus. Item, prius et posterius in tempore faciunt substantiam ejus, sicut prius et posterius in motu, | et prius et posterius in magnitudine faciunt substantiam magnitudinis, et hec respondent sibi invicem essentialiter, quia prius et posterius in magnitudine causant prius et posterius in motu facto super magnitudinem, et prius et posterius in motu sunt causa prioris et posterioris in tempore, ut Aristoteles dicit. Manifestum est, igitur, quod cum sole partes magnitudinis faciunt substantiam magnitudinis, et nichil aliud faciet eam, tunc sole partes motus faciunt substantiam motus, et sole partes temporis facient substantiam temporis. Set instans non est pars temporis; ergo, non facient aliquid de substantia temporis: et hoc est necessarium propter hujusmodi rationes. Et preterea dantem oppositum dicti eorum contingit salvare totam veritatem temporis; ergo, secundum Aristotelem in *Elenchis*, sua posicio est vana et falsa. Ad excusacionem tamen dicti eorum, si volunt veritatem confiteri, possumus distinguere, cum Aristotele et Prisciano, quod uno modo dicitur instans presens penitus indivisibile, quod est proprie instans, et istud non est proprie substantia temporis nec pars, set terminus, sicut punctus in linea: alio modo dicitur instans presens divisibile, cujus pars preteriit, pars futura est; et istud

7, 8 Item . . . temporis om. D 12 facit] faciat F 21 nichil] nec D
faciet] facit D 22 faciunt] facient F motus om. D 24 facient] faciet F
26 Et] ut D 27 salvare om. D 29 confiteri] confidi D 30 quod]
quod instans D 32 proprie] tota FD

est substantia temporis dati, quia hoc presens est ipsum tempus, et si hoc intelligunt, tunc dicunt verum quod instans est substantia temporis; set si primo modo, tunc habent falsum intellectum.

5 *Capitulum octavum de evo.*

Estimo hic necessarium esse, ut tangantur aliqua de evo; nam secundum veritatem evum est valde simile instanti, quia est indivisibile, et secundum opinionem multorum evum dicitur habere prius et posterius, et ita secundum eos videtur esse
 0 simile tempori, et tamen differt esencialiter | ab utroque, qua- 49 a I.
 propter ut videant melius naturam temporis et instantis, expedit ut aliquid de evo dicatur, quamvis ejus determinacio absoluta et perfecta videatur magis ad methaphisicum pertinere. De eternitate vero increata nichil estimo hic dicendum, aliud
 15 quam quod a principio dictum est, quia hujus determinacio specialiter methaphisico reservatur. Nunc igitur considerandum est, an evum habeat partem et partem, an sit indivisibile; secundo, an sua indivisibilitas sit indivisibilitas instantis, et hoc est quod sit idem quod instans; tercio, de | ejus unitate F. 100 a I.
 20 et pluralitate. Quod autem non habeat partes, clamant omnes autores; non enim reperitur aliquis qui dicat contrarium, et per rationem sic: evum se habet ad res permanentes, sicut tempus ad successivas; set esse rei permanentis dividitur per oppositum contra esse rei successive: ergo, cum de natura
 25 successionis sit, ut habeat partes, tunc ratio permanentis erit per carenciam parcium. Et ideo, sicut mensura rei successive habet partes, sic mensura rerum permanencium carebit eis. Item, si habeat evum partes, tunc aut erunt simul aut succedent. Si simul, tunc altera superfluit, quia quod est de esse
 30 rei permanentis simul, potuit una parte evi mensurari; nam

20 Quod autem . . . The text to p. 180 coincides with the Op. Tertium (pp. 189-197 ed. Brewer). Readings are cited as *B*.

6 tangantur] tangatur *D* 11 ut] quod *D* 15 quod *om.* *D* hujus]
 hec *F* 25 tunc ratio] tunc esse *FBD* permanentis] permanencium *D*
 28 succedent] succederent *FB*: succedunt *D* 30 potuit] potest *FBD*
 una] unius *D*

indivisible est ad omne presens. Si vero succedant sibi, aut posteriori adveniente corrumpitur prior, et erit de natura temporis, quia hoc est essenciale temporis: si vero remaneat prior, adveniente posteriori, tunc erit una superflua, ut prius dictum est, quia nichil est mensurandum nisi illud quod pars 5
 49 a 2. posterior mensurat. Totum enim esse permanentis | potest illa posterior mensurare, quia de esse permanentis non est simul, nisi quod una pars evi potest mensurare, indivisible enim est ad omne presens. Item, in quantitibus habentibus posicionem et permanenciam accidit pluralitas parcium, propter 10
 posicionem diversam. Nam si linea non haberet positam hic unam partem, et ibi aliam, non esset parcium distincio propter permanenciam, quia una posset sufficere si posset posiciones 15
 diversas habere; ergo, cum evum sit permanens, non habens posicionem, oportet quod una pars sufficiat, nec exiguntur 15
 plures. Item, non sunt nisi duo in re permanente, scilicet, esse ejus et continuitas sui esse. Set propter ejus esse non potest evum habere plures partes, quia indivisible est esse rei permanentis ad presens illius esse. Nec propter continuitatem et conservacionem; quia sicut se habet mensura successivi ad 20
 esse et continuitatem ejus, sic mensura permanentis ad esse et continuitatem; set eadem mensura, sine parcium multiplicacione majori, mensurat rem successivam et ejus continuitatem; ut idem dies mensurat esse motus diurni et continuitatem 25
 ejus, et non plus requiritur. Ergo, eadem pars evi, sive eadem mensura penitus, mensurabit esse rei permanentis et ejus continuitatem; ita quod plus non erit, nec aliquid addetur, sicut nec a parte mensure successive. Et ad ejus evidenciam loquamur non de exemplo quod finem habet, ut de motu diurno, propter cavillatoriam instanciam, set de toto tempore quod 30
 49 b 1. erit sine fine, aut quod saltem potest | continuari, si Deus vult, per motum celi, et saltem in motibus qui erunt in inferno, per alteraciones et penas dampnatorum, que erunt in motu et tempore. Et tunc erit simile de eviterno, et de tali temporalis, quod semper erit; quod sicut eadem mensura temporalis men- 35

1-3 Si . . . temporis *om. B* 3 temporis] temporis *F* 15 sufficiat] sufficit *D*
 exiguntur] exigentur *FBD* 20 successivi] successioni *D*
 33 alteraciones] alternaciones *F*

surat esse talis successivi et continuitatem, sic erit de evo, quod idem mensurabit esse rei et continuitatem, et ideo partibilitas omnino evacuabitur; quia non ponunt eam, nisi propter continuitatem esse ipsius eviterni; nam in ipso esse non ponunt
5 partem et partem.

Set contra hoc est triplex principalis objeccio. Una est quod tunc simul et semel essent anima patris et filii, et creacio mundi et creacio anime istius qui nunc nascitur, quod videtur absurdum. Nam hec anima creatur in evo, quia creacio est in
10 illo, et omnia creata mesurantur eo quantum ad esse suum proprium, set generata et corruptibilia non. Si ergo evum est indivisibile, non habens partem et partem, et fuit a principio mundi, quando mundus creatus est in eo toto, et nunc in eo toto, anima istius nati modo tunc simul et semel sunt,
15 quantum ad mensuram | propriam sue duracionis. Et ita simul et semel possunt dici esse inter quecunque est longissimi temporis distancia. Et potest dici, quod hic fallit nos ymaginacio temporalis, que est propria intellectui nostro sicut corporalis. Quia Aristoteles dicit, quod omnis intellectus noster cum continuo est et tempore, quia nichil primo aspectu concipimus nisi quanta, ut que quantitate continua mesurantur intrinseca, que est tertia dimencio; et que quantitate extrinseca extenduntur; ut sunt temporalia, que sub tempore cadunt. | Et ideo
20 spiritualia et permanencia in suo esse invariabili non percipimus primo mentis intuitu, nec alico modo, nisi quando abstraxerimus animum a corruptibilibus et temporalibus, et transiverimus hec. Set tunc quantum est de potestate nostri intellectus, sine spirituali illuminacione non possumus intelligere hujusmodi, nisi per privacionem corruptibilium et temporalium, et
25 non per posicionem. Et ideo, cum summa difficultate percipimus esse spiritualium et permanencium, quia mesurantur evo indivisibili et inpartibili. Si tamen velimus sequi philosophie veritatem, et sermones vulgatos exponere, dicemus quod secundum se non est divisibilitas in evo, set totum simul est;

2 rei om. MD 13. 14 et nunc in eo toto om. D 15 sue] que F
25 abstraxerimus] abstraximus D 26 corruptibilibus] corporalibus FB
29 corruptibilium] corporalium FB 31 quia] quod FBD mesurantur]
mesuratur D 32 inpartibili] impossibili D 34 divisibilitas] debilitas D

quia esse permanens est per oppositum ad successionem. Si tamen consideretur evum respectu temporis, sic secundum locucionem damus ei divisibilitatem, secundum quod tempus habet prius et posterius; et sic dicimus quod anima patris est prius quam anima filii, propter distanciam temporalem, et principium mundi est prius quam creacio alicujus in fine mundi. Set si absolvamus evum a comparacione ejus ad tempus, tunc non est anima patris prior anima filii, set simul, vel in eodem evo toto, licet quantum ad tempus consideratum inter duas creaciones, sit ibi prius et posterius. Et quia super hoc semper fertur intellectus noster, ideo difficile est nobis considerare quomodo in eodem evo sunt anima patris et filii, et quomodo respectu evi absolute sint omnia simul permanencia.

Secundo, obicitur quod cum duracio eviterni, ut cujuslibet mensurati evo sit infinita, vel sine fine, et non est successio et addicio in partibus, tunc erit infinitum actu, quod est impossibile in esse creature: ad hoc tamen dicendum, quod mala ymaginacio | decipit nos, sicut prius. Nam debemus hic considerare, sicut de substancia spirituali respectu distancie corporalis; quantum enim ad illam nulla distanciam corporalem notari potest, quia non est comparacio spiritus ad hujusmodi distanciam; similiter est hic; quantum enim ad distanciam et fluxum temporalem, non habet evum comparacionem aliquam; et ideo infinitas duracionis temporalis, que hic ymaginatur, cui semper presens est evum, non debet notari; quia evum nullam habet comparacionem ad eam, sicut nec spiritus ad distanciam corporalem. Et ideo, quantumcunque extendamus tempus in infinitum, evum semper concomitabitur, ac presens erit omni presenti temporis sic fluentis, et tamen non habet infinitatem illam, quia fluxum temporis non habet, nec proporcionem ad eam, sicut nec spiritus ad distanciam corporalem.

Si dicatur, aut est duracio evi finita aut infinita: si infinita, tunc sequitur idem quod prius; si finita, tunc finem habet, et cessabit, quod falsum est: dicendum est quod infinitum, ut

1 successione] futuricionem *D* Si] set *F* 6 creacio alicujus] aliquod creatum *D* 7 evum] eum *M* 15 est] est ibi *FB* 21 notari] vocari *FD* 24 infinitas duracionis temporalis] instans duracionis spiritualis *D* que] qui *F* 25 notari] vocari *FD* 28 omni] evum *D* 29 fluentis] fluentis et non habent alicui *F*: f. e. n. aberit a. *B*

Aristoteles docet 3^o *Phisicorum* est multis modis : uno modo est per extensionem quantitativam, sive in longitudine spacii, sive in longitudine duracionis, secundum partes sibi invicem ordinatas ; et sic infinitum non potest esse simul, nec loco, nec duracione. Et hoc proprie est infinitum de quo loquitur philosophus, et quod est in communi sermone nostro, cui opponitur finitum, quod est quantum extensum inter duos terminos, ut spacium pedale, vel hora diei, aut quodlibet consimile. Et sic sumitur infinitum per privacionem terminorum ; et sic non est evum finitum nec infinitum.

Aliter sumitur infinitum per negacionem finiti, et sine extensione quantitativa quod finem et corrupcionem non habet ; et dicitur infinitum, non per privacionem terminorum quantitatis, set per negacionem corrupcionis et non esse. Et hoc potest esse, vel a parte ante, et sic eternitas increata dicitur infinita ; vel a parte post tantum, et sic eternitas creata dicitur infinita, que est evum ; et sic infinitum potest esse totum simul, et non est inconveniens.

Si dicitur adhuc, quod si infinitas a parte post, talis est in eternitate creata, qualis est in increata, tunc a principio creature in esse, usque in eternum, equabitur creatura Deo, quod est absurdum ; quia nullo modo equatur creatura Creatori, nec unquam equari potest. Ad hoc autem dicendum est, quod infinitas a principio creature in esse constitute, duplici ratione convenit Deo : una est, quia sine fine erit, alia est ex eo quod sua duracio est eadem cum sua essencia, que est infinita intensive ; sicut sua virtus et potencia. Et hoc tertium genus infinitatis est, quod non est in creatura aliquo modo, set in solo creatore. Et in genere hoc infinitatis infinitas Creatoris excellit infinitatem creature in infinitum. Si vero loquamur de infinitate secundo modo, secundum negacionem non esse et corrupcionis, certe hec est in Deo cum negacione actualis corrupcionis, et cum negacione pure potencie et aptitudinis ad

I *Phisicorum*] iii. 34.

6 est in] effectum <i>F</i>	15 ante] <i>hæc verba add. MD</i> vel a parte post	
22 equatur creatura] equabitur <i>D</i>	23 hoc autem] horam <i>FBD</i>	27 intensive] intensive non extensive <i>FBD</i>
	32 in Deo] idem <i>D</i>	33 pure] pure]

pura *FBD*

non esse. Set in eviterno non est negacio nisi corrupcionis actualis ; quia creatura semper apta nata est non esse, et potest de sui natura non esse ; quod enim continuatur ejus esse sine corrupcione, hoc est ex bonitate creatoris, qui per presenciam
 50 b 1. majestatis omnia tenet in esse. | Et ideo patet, quod duracio creature non est equalis duracioni Creatoris, licet consideremus duracionem Creatoris a principio duracionis creature sine fine ; nec eciam est una communis eis per participacionem ; set una est similis alteri per imitationem quantum potest creatura sustinere.

Si dicatur, quod nullum indivisibile commensurat se extencioni alicujus divisibilis, ergo non potest esse presens omnibus partibus ejus extensis ; ergo duracio evi, si sit indivisibilis non equabitur duracioni temporis, et ita non attingit ad finem minimi temporis. set deficiet : ergo multo magis non durabit cum toto tempore.

Et dicendum est, quod licet indivisibile non potest commensurari divisibili, nec equari, quia non sunt comparabilia in quantitate ; nec indivisibile, quod est terminus divisibilis, potest alico modo esse cum divisibili toto ; set tamen indivisibile, quod est alterius generis quod non dependet a divisibili, set
 20 habet esse absolutum a quo dependet divisibile, potest habere, sine extencione quantitativa, dignius esse quam divisibile ; per quam dignitatem potest esse presens omni parte divisibilis ; sicut non solum videmus de causa prima, set de anima rationali, que ubique presens est corpori ; et ideo non solum esse divinum
 21 potest esse presens toti tempori, set esse anime rationalis quod evomensuratur, et sic totum evum cum toto tempore. Sic leviter potest hec objeccio solvi, licet ejus explanacio plura requirat.

Sed tertia objeccio principalis contra indivisibilitatem evi comparat ipsum ad in-stans ; ut videatur esse idem quod
 30 ita . . . temporis om. F 14 ergo] quod D 19 tamen, enni D 26 quod] quo F 30 instans] infinitas D
 50 b 2. durandi mensura, sicut | tempus, crit in genere quantitatis ; si igitur est indivisibile, erit terminus quantitatis, sicut punctus, et unitas, et instans, et littera ; set nulla species quantitatis ei convenit nisi sit tempus, quod est mensura durandi ; ergo 31

3 non iter. F enim] non D 6 licet] set D 11 non] nec FD 13, 14 et
 ita . . . temporis om. F 14 ergo] quod D 19 tamen, enni D 26 quod]
 quo F 30 instans] infinitas D

evum est terminus temporis si est indivisibile, et ita erit instans. Cum igitur hoc sit impossibile, evum non erit indivisibile, set partes et divisionem habebit, ut videtur.

Ad hoc dicendum, quod evum est in predicamento quanti-
 5 tatis sicut species, et non sicut principium indivisibile. Unde nec est quantitas divisibilis, nec est terminus talis quantitatis, set est nova species, sicut substantia incorporea est species substantie, et non est corpus substantia neque principium
 10 ejus; et ideo evum potest esse indivisibile, sicut substantia spiritualis est indivisibilis; et tamen non erit divisibile neque terminus vel principium alicujus quantitatis divisibilis. Unde sicut substantia incorporea nec est indivisibile ut athomus, nec divisibile ut corpus, set est natura absoluta alia ab eis, sic evum nec est indivisibile ut instans, nec est divisibile ut tempus,
 15 set mensura absoluta alia ab illis. Set contra, omne quantum est divisibile in infinitum, et Aristoteles, 5^o *Methaphisice*, dicit quantitatem esse, que dividitur in plura. Dicendum quod hujusmodi sermones dicuntur de famosis speciebus quantitatis, et de | quibus Aristoteles exemplificat; de quibus non est F. 100 b 2.
 20 evum. Set si obicitur quod Boecius dicit, 3^o *Consolacionum*, quod tempus ab evo procedit, ergo erit instans: dicendum est, quod tempus ab evo procedit, id est, post evum, secundum quod Aristoteles distinguit, 2^o et 5^o *Methaphisice*, quod ab alico est multipliciter; aut ordinaliter ut ex nocte fit dies;
 25 aut materialiter, ut ex ferro fit cultellus; aut effective, ut ex patre fit filius; aut originaliter | tanquam ex termino, ut ab 51 a 1.
 instanti fit tempus, et a puncto fit linea. Set ordinaliter fit tempus ab evo, vel post evum, quia evum est mensura prior tempore.

30 Si dicatur, quod Aristoteles non ponit evum inter species quantitatis, nec in libro *Predicamentorum*, nec in quinto *Methaphisice*, ubi de speciebus predicamentalibus docet, nec

16 *Methaphisice*] v. 18.
 FBD 15 contra om. D

20 *Consolacionum*] iii. m. ix.

23 *Metha-*

phisice] ii. 2, v. 29.

6 nec est] etiam F

divisibilis] indivisibilis F

10 non] neque

15 contra om. D

19 exemplificat] explicat D

20 obicitur]

obiciatur D

24 multipliciter] multiplex D

26 tanquam om. D

28 prior]

priori D

alibi ; ergo, non videtur esse species aliqua, aut Aristoteles erit diminutus, et ita videtur, quod sit instans ; et potest dici, quod nusquam Aristoteles dat omnes species alicujus predicamenti, quia de substantia incorporea nichil tangit in libro *Predicamentorum*, nec in capitulo *de substantia* in 5^o *Methaphisice*. Placuit igitur Aristoteli explicare de speciebus aliquibus magis famosis in divisione predicamentorum ; nam divisio, non solum cujuslibet predicamenti, set etiam minimi a generalissimo per genera subalterna usque in species omnes specialissimas est valde difficilis, unde Avicenna confitetur se ignorare predicamentorum habitus, et propter hoc non sequitur, quod non sunt plures species ; et si Aristoteles non omnes posuerit, nec propter hoc est diminutus in logicalibus, quia non pertinet ad logicum tantam explicare profunditatem. Quid vero fecerit in *Methaphisica* non possumus determinare, quia multi libri desunt, et multa capitula in translacionibus factis, atque forsitan propter superfluam difficultatem dimisit plenam assignacionem predicamentorum ; quia non omnia fuerunt sui temporis facienda, quia nichil est perfectum in humanis invencionibus, et gratis, postquam dedit fundamentum, reliquit cetera indaganda. Scimus enim, quod multa facta sunt post eum, de quibus se non intromisit.

Si dicatur, quod si juxta tempus est aliqua species quantitatis in genere measure durandi, cujus natura sit indivisibilis, et non sit terminus temporis ; ergo, similiter videtur, quod juxta alias mensuras ut juxta lineam erit possibile ponere aliquam mensuram indivisibilem, que sit species coequeva linee, et non terminus linee, et sic juxta superficiem, et similiter juxta corpus, quod falsum est ; ergo, nec juxta tempus. Dicendum est, quod necesse est hoc juxta tempus, quia tempus est mensura solius successionis, et aliud genus est essendi, scilicet, permanenter, et ideo necesse est, quod hic ponatur species coequeva

5 *Predicamentorum*. Here the coincidence with the *Op. Tert.* ceases.

8 divisio] digestio *F* 9 genera *om. D* 17 forsitan] forsan *F*
 dimisit] omisit *F*: dimisitur *D* 24 durandi] mensurandi *D* 26 *alt.*
 juxta] in *FD* 27, 28 linee] linie *M* 28 et non terminus linee *om. D*
 29 nec *om. F*

tempori. Set linea, superficies, et corpus, sunt measure rerum que non habent opposita, et ideo non est species aliqua eis coequeva.

De unitate vero evi et pluralitate, multi famosi errant, cum
 5 ponant plura eva secundum numerum, et eorum radix ponendi
 est falsa, scilicet, quod evum sequitur formam sicut tempus
 materiam; et ideo, cum forma est diversa in rebus, et materia
 est una numero, tunc sicut tempus est unum numero, sic evum
 est multiplex numero. Set contra hoc posicio est, quod pars
 10 istius radices pro tempore est falsa, ut prius probatum est, et
 ideo, cum partem aliam ponant relique parti tanquam con-
 venientem, totum erit erroneum quod dicunt. Item, quia
 diversitas est a parte forme, et res non solum diversificantur
 secundum formam in numero, set in specie et genere, erit
 15 evum individuum multiplicatum per species et genera non
 solum per individua. Item, | evum cum sit quantitas, debetur 51 b 1.
 materie et non forme; nam quantitas debetur materie, qualitas
 forme, secundum quod omnes volunt. Et dantem oppo-
 situm, contingit salvare unitatem evi sine inconveniente; atque
 20 potest demonstrari, hoc modo. Si omne dimensionatum un-
 dique, ut corpus, excludit a sua mensura omne aliud, et hoc
 undique secundum omnem dimensionem; et quod habet duas
 dimensiones similiter excludit aliud secundum eas, ut super-
 ficies; et que habet unam excludit secundum | eam omne aliud, F. 101 a 1.
 25 ut linea, et non excludunt linea et superficies aliud secundum
 illam quam non habent dimensionem; ergo, quod caret omni
 dimensione, ut punctus, non excludet alium punctum a sua
 mensura, quia non habet unde faciat aliquid distare ab ea;
 ergo, locus primi puncti est immediatus secundo, sicut primo,
 30 sicut dictum est prius de lineis, respectu lati et profundi, et de
 superficiebus respectu profundi, quod simul secundum illas
 vias compaciuntur se plures. Ergo, unum est ubi plurium et
 infinitorum punctorum, quia debetur eis per naturam unionis,
 et indivisionis, et indistancie, et per privacionem dimensionis;
 35 quapropter cum plura eviterna non habent dimensionem

4 multi] multi et *FD*

5 ponendi] ponenda *F*

7 materiam] naturam *D*

12 quia] si quia *M*

15 individuum *om. FD*

24 excludit] excludat *D*

26 illam] viam *FD*

quam] qua *D*

32 se] secum *D*

durandi, per quam se excludant a mensura durandi; set habeant esse indivisibile in esse duracionis, sicut puncta plura in esse locati. Manifestum est, quod una erit duracio, et una mensura durandi omni eviternorum. Item, hoc patet per
 51 b 2. simile in parte, et in | parte per oppositum de tempore; nam 5 motus, quia non habet nisi dimensionem in longum, et hoc est secundum decursum a preterito in futurum, ideo secundum illam viam unus motus excludit alium, nec sunt simul, et non respectu presentis, quia sic omne successivum caret dimensione. Ergo cum esse permanens eviternorum sit penitus indivisibile 10 secundum omnem viam, et carens omni dimensione, unum eviternum non excludit aliud ullo modo.

Si obiciatur, quod evum, cum sit accidens eviterni, non potest esse ante ipsum, set evum quod fuit a principio mundi fuit ante animam nunc creatam, ideo illud evum non est men- 15 sura illius anime, ergo, aliud evum, et sic erunt plura eva secundum numerum eviternorum. Dicitur potest secundum tenorem eorum que superius dicta sunt, quod non est ibi prius nec posterius, nisi respectu temporis et temporalium, et sic absolute loquendo, secundum naturam evi et eviternorum non accidit 20 inconveniens. Hoc ad presens hic volo tangere de evo, gratia temporis et instantis: cetera in *Methaphisicis* exponentur.

Distinccio secunda de loco et vacuo, habens capitula octo.

Capitulum primum est de distincione modorum loci.

Postquam exposita sunt ea que videbantur necessaria circa 25 tempus. dicendum est nunc de loco et vacuo. Locus autem uno modo est idem secundum suam essenciam quod superficies, unde secundum veritatem, non facit aliam speciem quantitatis a superficie. Unde Aristoteles 5^o *Methaphisice* distinguit species quantitatis, et ibi nichil dicit de loco. Et Averoy 30 super illum locum dicit quod locus non facit aliam speciem quantitatis a superficie; et est verum hoc si loquamur de

29 *Methaphisice*] v. 18.

1 per] propter *FD* 3 locati] locata *F* 4 patet] placet *D* 8 nec] vero *F*
 non *om.* *D* 15 ideo] ergo *FD* 23 secunda *om.* *D* 24 est *om.* *D*

loco | secundum ejus esse potissimum et secundum primam et ^{52 a 1.}
 principalem significacionem loci. Multe enim sunt accep-
 ciones ejus, set nunc volo primo prosequi precipuam ejus
 significacionem. Dico, ergo, quod si ultimum locantis consi-
 5 deretur in se, ut terminat corpus locans, sic est superficies,
 et nominatur vere et proprie. Si vero consideretur illud ulti-
 mum, ut natum est continere, sic est concavum: si vero ut
 actu continet, sic incipit fieri locus, set completur per duo,
 scilicet, per respectum ad spacium sive profundum inter latera
 10 continentis, et per respectum ad terminos mundi. Quod vero
 habeat respectum necessario ad spacium et profundum inter
 latera continentis, patet per hoc, quod Aristoteles dicit in
Predicamentis, quod partes loci copulantur ad eundem ter-
 minum ad quem copulantur partes corporis locati, set partes
 15 sue profunditatis copulantur ad superficiem, que est ymaginanda
 inter partes ejus; ergo, partes ejus copulantur ad eandem
 superficiem. Ergo locus necessario habet profundum corporis
 contenti, vel respicit de necessitate profundum illius, seu quod
 habet respectum essentialiter et necessario ad illud profundum.
 20 Nec contigit dicere, quod ibi sit profundum spacii vacui, in quo
 jaceat corpus, quod spacium facit distanciam inter latera con-
 tinentis, ut locus respiciat profundum vacui non pleni; quia
 vacuum non potest esse in rerum natura, ut Aristoteles ait,
 4^o *Phisicorum*. Et iterum, distanciam ista non est nisi secundum
 25 racionem dimensionis corporis interjacentis, et nichil est inter
 latera, nisi corpus interjacens, quare ejus dimensiones facient
 hanc distanciam; ergo, non dimensiones vacui eam constituent. |
 Set postea ostendetur plenius, quod ibi non est profunditas ^{52 a 2.}
 vacui, ut antiqui posuerunt; et ita non erit ibi nisi sola pro-
 30 funditas corporis locati. Quapropter concedendum est, quod ^{F. 101 a 2.}
 locus non respicit profundum, nisi profundum corporis inter-
 jacentis; set tamen non respicit illud ita, quod hoc profundum
 sit de essentia loci, quia hunc locus esset corpus, set respicit
 illud tanquam aliquid extra suam essentiam, sicut relativum

13 *Predicamentis*] de quanto.24 *Phisicorum*] iv. com. 80, 86.3 nunc] non *D* 9 sive] seu *F*
necessario . . . sit profundum *om. D*14 copulantur *om. D* 19, 20 et
27 hanc] hec *D*

respicit suum objectum, ut duplum respicit dimidium, et pater filium, sine quo esse non potest. Et preter hunc respectum ad profundum corporis, est alius respectus necessarius ad hoc, quod sit locus secundum esse potissimum loci, scilicet, ad terminos mundi: quia, dum res locata habet eundem respectum 5 ad terminos mundi, habet eundem locum, et quando mutat respectum, mutat locum: et ideo, hic respectus est de essentia loci. Set hic respectus, qui est de essentia loci, et alius similiter quem habet ad profundum corporis contenti, et concavitatis actu continentis, sunt accidencia superficiei; et ideo locus, 10 si dicatur hoc aggregatum ex superficie et concavitate cum continencia et respectibus dictis, non erit aliqua species, nec quantitatis nec alterius, quia omnis species est una per essentiam ex genere et differentia; set ex subjecto et accidente non fit unum per essentiam. Si vero dicatur superficies sub 15 talibus accidentibus, tunc non est alia species a superficie, et ideo prout locus est aliqua natura specifica, non potest esse nisi superficies. Set tamen, ut habet concavitatem continentem corpus cujus profundum respicit, habens similiter respectum ad 52 b 1. terminos mundi, est superficies | non locans, nec rationem 20 localem habens, set habet duas dimensiones sine profunditate, et est solum in corpore absolute, non in respectu ad aliud. Quod autem Aristoteles ponit locum esse speciem quantitatis in *Predicamentis*, non ponit novam speciem distinctam per essentiam a superficie, sed distinctam in respectu. Et quia 25 extrinseca quantitas est rei locate, non intrinseca, sicut linea superficies et corpus (et hanc distinctionem debuit notare in *Logicalibus*, nisi superficialiter loquitur), et ideo connumerat locum, et distinguit a superficie; set non fecit hoc, ubi loquitur in *Methaphisica*, magis in profundo veritatis, nec in *Naturalibus*, 30 ubi dicit quod locus est ultimum continentis, et hoc est superficies. Quod autem dicit Aristoteles in *Predicamentis*, loci partes copulari ad idem ad quod copulantur partes corporis, dicendum est, sicut Boecius exponit, id est, ad consimilem

24. 32 *Predicamentis*] de quanto.

1 objectum] subjectum *D*
28 nisi] ubi *MD*

17 specifica] sperica *D*

20 est] et *FD*

terminum respondentem termino parcium corporis. Et addendum est, quod quia locus equaliter respicit profundum interjacens inter partes ipsius loci et locantis, quod in hoc magis assimilatur locus corpori quam superficies; et ideo, magis
 5 assimilatur terminus parcium ejus termino parcium corporis quam terminus superficiei absolute. Et ideo licet linea curva et concava sint terminus parcium loci, et superficies habens pro termino suo lineam curvam in circuitu suo sit terminus parcium corporis, tamen illa linea concava, que terminat
 10 partes loci sine superficie locantis, respondet circumferencie convexe superficiei continuantis partes corporis locati, tanquam locus conveniens ei; et ideo similiter est terminus, | quia ^{52 b 2.} linea concava partes loci terminans circumdat circumferenciam continuantis partes corporis, et quia concavitas hujus linee, et
 15 convexitas alterius, non habent profundum nec latum, nec distant per aliquid; ideo partes loci copulantur per accidens ad circumferenciam superficiei conterminantis partes corporis; et ideo per consequens, ad superficiem illam, licet multum per accidens; et ideo Aristoteles dicit, ad eundem terminum ad
 20 quem copulantur per se, scilicet, partes corporis, copulantur per accidens partes loci. Et similiter, in hoc aumentatur ydemptitas terminorum, quod locus habet respectum essentialem ad profundum corporis, et ideo, per hunc respectum, multum assimilatur corpori, et ideo terminus ejus termino
 25 illius; unde, si loquamur de partibus loci ratione respectus talis, copulantur quodammodo ad superficiem terminantem partes corporis profundi, quod locus essentialiter respicit. Set neutra istarum consideracionum est in superficie absoluta, set absolute | partes ejus copulantur ad lineam absolutam in F. 101 b 1.
 30 comparacione ad corpus contentum. Hec igitur tenenda sunt de loco secundum suum esse potissimum, et non universaliter loquendo de loco, quoniam locus sumitur multum equivoce: uno modo et potissimo est locus superficies, vel ultimum continentis habens respectum ad profundum interjacens, et ad
 35 terminos mundi; et sic est vere locus secundum omnes condiciones loci, et sic de eo nunc determinatum est. Et sic locus

10 loci om. D 12 similiter] super D 13, 14 partes . . . concavitas
 om. D 27 quod] quia D 32 quoniam] quod D

unus est una superficies et unum ultimum unius continentis im-
 mediati, et loci plures sunt plures superficies et plura ultima
 plurium continencium. Et sic ratio loci non salvatur, nisi in
 corporibus unius superficiei locati et locantis, id est, in rotundis
 omnino et undique, sicut est de pila et tota terra et celo et | 5
 53 a 1. hujus partibus mundi principalibus. Aliter sumitur, locus in
 corporibus plurium superficierum, ubi per consequens non erit
 unitas loci, penitus eo quod unitas superficierum non salvatur, si
 enim locus est superficies, tunc plures superficies rei locate
 impedient veram unitatem loci, quia tamen hee superficies 10
 continuantur adinvicem, ut faciant superficiem quodammodo
 unam, licet non in potissimo esse unitatis, ideo, adhuc stat
 unitas loci secundum unitatem superficiei. Deficit tamen hic
 modus loci a completa unitate et veritate loci primo modo.
 Tercio modo, dicitur locus non una numero superficies 15
 continue circumscribens, set superficies una specie vel genere,
 secundum quod turris immobilis secundum locum, vel aliquid
 aliud, nunc circumdatur aere, nunc aqua, nunc vapore, vel
 diversis partibus aeris circumvolantibus per modum venti.
 Quoniam cum est immobilis secundum locum, oportet quod 20
 habeat unum et eundem locum nunc et prius, si enim mu-
 taret locum, moveretur secundum locum, cum tamen quiescit
 secundum locum, ut positum est. Quarto modo magis adhuc
 elongato a loci esse, potissimo dicitur locus, quando, scilicet,
 simul et semel partes locati continentur superficiebus pluribus 25
 actu distinctis, ut cum figitur virga in terra in profundo aque,
 cujus pars tertia sit in terra, et alia tertia sit in aqua, et tertia
 sit in aere. Sunt ergo tres superficies trium corporum lo-
 cancium actu divide, et tamen unus est locus, quia virga est
 immobilis secundum locum. Quinto modo maxime equi- 30
 vocatur locus, scilicet, quando non habet aliquam naturam
 superficiei, set tantum respectum ad aliud, ut locus celi ultimi.
 Moventur enim partes ejus secundum locum, nunc enim est
 una pars in oriente, alia in meridie, tertia in occidente; et

4 rotundis] rotudentis *D* 5 celo] celis *F* 7 non] omnino *F*
 9 tunc . . . rei *om. F* 17 quod *om. D* 20 Quoniam] Deinde *D*
 cum] tamen *FD* 22 movetur] moveretur *FD* 26 aque *om. D*
 30 immobilis] in mobili *F* 32 tantum] punctum *F*

dicitur locum mutare, quod si celum staret, partes quiescerent
 secundum | locum, ergo, habent loca, set hoc non est aliquod ^{53 a 2.}
 corpus circumscribens nec locans, quare nec superficies. Nec
 contingit dicere, ut multi dixerunt, quod superficies continua
 5 ultimi celi tantum potest considerari ut locus, quoniam non
 est divisa a locato, et est accidens ejus; sed locus accidit
 locanti, quoniam ponitur esse continentis ultimum. Et iterum,
 de illa convexitate contingit vere dicere, quod pars ejus
 aliquando est in oriente, aliquando in occidente, et sic de aliis
 10 sitibus, et ita moventur secundum locum, sicut corpus celi,
 quare habebit locum sicut celum. Et ita si ad locum oportet
 poni continens, illa superficies convexa habebit continens,
 et tunc, vel ipsa se continebit, vel alia continebit; quorum
 utrumque est impossibile. Et ideo Aristoteles ^{4^o} *Phisicorum*,
 15 dicit terram esse in aqua sicut in loco, et aquam in aere, et aerem
 in igne, et ignem in celo, celum autem non amplius in alio.
 Propter quod, dico quod locus hic non est nisi respectus ad
 centrum et terminos mundi, unde quando una stella est in ex-
 tremitate linee exeuntis ab oriente usque in centrum mundi,
 20 dicitur habere locum in oriente, et quando est in extremitate
 linee exeuntis ab occidente usque ad centrum mundi, dicitur
 habere locum in occidente, et quando est in extremitate alterius
 linee recte exeuntis a centro mundi, tunc habet alium locum,
 et dicitur esse in alio loco, quia est in alio respectu ad terminos
 25 mundi, ita quod hec prepositio *in* non dicat habitudinem
 continentis ad contentum, set habitudinem que est inter terminos
 mundi determinatos, que est immobilitas loci, de qua Aristoteles
 dicit, quod locus est | immobile, ita quod unus locus | habet ^{F. 101 b 2.}
 unum respectum ad terminos, et plura loca habent plures ^{53 b 1.}
 30 respectus. Set cum dicitur quod locus est ultimum corporis

14 *Phisicorum*] iv. 46.

2 habent] haberent *F* hoc] hic *FD* 4 continua ultimi] concava
 ultima *F* 5 tantum] ultimi *F*: *om.* *D* 7 esse] esse in *F* 10 moventur]
 movetur *FD* celi] primi celi *D* 11 si] set *D* oportet] oporteat *D*
 13 *alt.* continebit] extra *F* 21 linee] alterius linee recte *F* 21-23 ab
 occidente . . . exeuntis *om.* *F* 24 *pr.* alio] aliquo *F* 25 dicat] indicat *D*
 26 terminos *om.* *D* 28 ita] id est *F* 29 habent] habeant *FD* 30 cor-
 poris *om.* *F*

continentis immobile, accipit locum secundum esse potissimum ejus, et sic accipitur primo modo, quia diffinicio dari debet secundum esse potissimum, et tamen nichilominus alii modi sunt necessarii propter motum et quietem localem, ut exemplificatum est.

Quod autem aliqui imponunt Averroys, quod centrum mundi est locus celi, non placet michi, quia nullo modo celum est in centro, set alico modo locatum est in loco, et ideo, cum partes celi sint in aliquibus respectibus ad centrum, secundum quorum mutaciones partes celi locum dicuntur mutare, erit ille respectus ad centrum locus, et non centrum. Partes igitur celi, quia sunt in respectibus diversis ad centrum, habent loca diversa et motum, et similiter si quiesceret; et celum totum habet per se unum respectum ad centrum, quamvis per accidens, scilicet, per habitudines diversas parcium ad centrum, ut sunt in toto, habeat totum celum diversos respectus quia respectus parcium primo et per se mutatur, et per accidens respectus totius variatur. Cum hiis sciendum est, quod locus dicitur adhuc multipliciter, scilicet, locus naturalis, et locus violentus, et locus ut vas, et compositus ex aliquibus istorum. Locus naturalis est ipsorum corporum simplicium que sunt partes mundi principales, ut loca elementorum et celorum, et dicitur naturalis in hac divisione, quia salvat suum locatum per suam virtutem mirabilem, de qua Aristoteles dicit, mirabilis est potencia loci qua unumquodque habet tantum de forma, quantum de loco; eo quod secundum nobilitatem loci est nobilitatis forme rei locate, ut ignis | est nobilior quam terra, quia igni debetur universaliter locus nobilior, scilicet, in concavitate orbis lune, et terre locus est concavitas aque. Qualiter tamen certificetur locus terre, propter hoc quod Aristoteles aliquando dicit centrum mundi esse locum ejus, considerabitur post in tractatu, ubi de loco in particulari determinatur. Locus violentus est in quo collocatur contra naturam, et ideo, ibi cicius corrumpitur, ut terra sursum, quandocunque

6 aliqui *om. D* 13 et motum] in motu *FD* 16 quia] ad centrum, et ita diversa loca per modum continuum, per quod *F* 19-21 et locus violentus . . . naturalis *om. D* 27 ut] unde *FD* 28 universaliter] naturaliter *FD* 33 contra naturam] aliquid contra sui naturam *D* 34 ibi cicius] me *F*

enim res est extra suum locum naturalem, debilitatur et cor-
rumpitur. Locus ut vas est ille, qui non propter salutem rei
locate necessarius est, nec ipsam corrumpit, secundum vulgatam
accepcionem vasis, cujusmodi est dolium vel uter et
5 hujusmodi, qui nichil sua virtute influit ad salutem rei nec
auget ejus formam, cum tamen res sit corporis, set per ac-
cidens defendit et conservat et per se corrumpit propter com-
plexionis contrarietatem, unde ad locum violentum reducitur.
Compositus locus ex aliquibus istorum, scilicet, ex naturali
10 et violento, est locus omnium mixtorum, quia ubicunque fit
mixtum illud est ex elementis contrariis, que nata sunt habere
loca naturalia, et ideo, mixtum semper est in loco innaturali
propter tria elementa, et solum locum habet naturalem, propter
unum illorum, cum non possit esse simul et semel in omnibus
15 speris, set tantum est in una spera unius elementi. Et simi-
liter, compositus locus ex naturali et violento et vase secundum
vulgatam vasis accepcionem est locus alicujus mixti contenti
in vase vulgato, ut in dolio vel in utre vel alio hujusmodi, et
compositus ex vase et violento, ut est quando continetur
20 corpus elementum ut vel terra vel aer in utre vel alio hujus-
modi quamvis in spera sua teneretur, ut aqua vel aere posito 54 a 1.
in spera aque; contra enim naturam aque est dividi ab alia,
et non est una pars nata habere locum in toto nisi tocius
locum quando partes in toto et totum in loco.

25 *Capitulum 2^m. de essencia loci secundum quod est
quantitas.*

Predictis annexa sunt maxime locus et vacuum. Motus
enim primus et principalis communis toti mundo est motus
secundum locum, et ideo de loco dicendum est ad intelli-
30 genciam motus; et vacuum dicitur esse locus privatus corpore,
propter quod cum loco considerandum est de vacuo.

Primo igitur querendum est, quid sit locus, et maxime an

4 dolium] solium *F* 6 corporis] corporalis *F*: corruptibile *D* 7 propter]
paulatim propter *FD* 10 fit] est *D* 14 non] jam *D* 18 dolio] doleo
MSS. alio] aliquo alio *F* 19 et] in *F* 20 elementum ut] elementare ut
D: e. u. aqua *F* utre] vitro *D* 21 teneretur] tendetur *D* 23 pars om. *F*
24 quando] quoniam *F* 29 intelligenciam] intelligendum *D*

locus sit spacium inter latera continentis, ut antiqui posuerunt. Set dicendum est statim, quod non ; quia si aliquod spacium ibi esset, tunc esset secundum se separatum ab omni corpore naturali ut reciperet illa, set hoc est vacuum. Sed vacuum, secundum Aristotelem et Averroys et Avicennam, non est ;

F. 102 a 1. ergo, locus non erit hujusmodi spacium. | Item, nichil facit distanciam inter latera continentis, nisi dimensio contenti, quia secundum ejus magnitudinem distant latera, et non aliter ; ergo, non est inter latera aliquod spacium distancie. Set Aristoteles arguit contra. hoc hic sic : si locus esset tale spacium, tunc loca essent infinita, quia sicut totum habet totam distanciam pro loco, sic quelibet pars ejus haberet partem distancie : set infinite sunt partes, licet in potencia, et tamen actualis distanciam cuilibet responderet. Set exponatur argumentum Aristotelis, et tenenda est consequentia Aristotelis, licet ejus verificacio sit difficilis. Argumentum secundum est quod tunc translato locato, in suo continente de loco ad locum, transmutaretur illa distanciam inter latera sui continentis, et ita locus moveretur secundum locum | et locus esset loci, et essent plura loca simul, que sunt impossibilia.

Set potest obici contra hoc primo sicut totum locatum in toto loco sic medium in medio ; ergo, exterius locati est in exteriori parte loci, et interius sive profundum ejus erit in interiori et profundo loci ; ergo, tunc locus habet interius et exterius et profundat se inter latera continentis. Set hoc non posset esse nisi esset spacium distancie in medio. Dicendum est, quod medium est in medio loci, sicut totum in loco, si sumatur medium locatum exterius et non a superficie exteriori in sui profundum, et secundum hoc superficies concava ipsius continentis est, locus medium illius superficiei continet mediam superficiem locati, et alia medietas aliam mediam superficiem, et mediante adequacione superficieum locantis et locati corpus locati continetur in loco, et profundum ejus non continetur loco, nisi quia est in suo toto, quod est in

1 continentis] convenientis *D corr. in marg.* 10 hic *om. FD* 14 set] ut *F* 22 contra] quod *D* 23 sic] sit *D* 24 in *om. F* 26 hoc *om. F* 27 esse] fieri *FD* 29 locatum] locati *F*: loci *D* 31 locus] locus in *F*: locus et *D* 34 et profundum . . loco *om. F*

loco per se. Partes enim, et maxime interiores que non tangunt superficiem locantis, non sunt in loco, nisi per accidens, scilicet, per suum totum, et ideo, non respondet profundo locati aliquid profundum loci: set illa superficies
 5 locantis que circumscribit locatum exterius per se, circumscribit interius et profundum secundo, mediante exteriori.

Si dicatur: quod locandum, quando ingreditur latera continentis, aut recipitur in alico aut in nichilo; set non potest in nichilo, quia nichil non habet potenciam recipiendi nec
 10 continendi aliquid, ergo, in alico recipitur, set nichil est inter latera continentis in quo recipi poterit, | nisi ponamus aliquod 54 b 1.
 spacium inter ea; ergo, videtur oportere poni hujusmodi spacium. Dicendum est quod non valet, nam cum querit aut recipitur in alico aut in nichilo, dico quod in alico, set
 15 istud aliquid est concava superficies locantis, et nichil in medio inter latera ejus, cum nichil sit in medio nisi corpus locatum.

Deinde querendum est secundo, an locus sit superficies concava locantis, sicut nunc suppositum est: et patet hoc, per Aristotelem dicentem quod locus est ultimum continentis,
 20 set ultimum continentis est superficies. Item, Averrois, 5^o *Methaphisice*, dicit quod Aristoteles non enumerat locum inter species quantitatis, quia non est aliud a superficie, et ideo sufficit ei ponere superficiem; et superfluum esset addere locum. Item, cum non possumus hic ymaginari locum aliquid
 25 esse, nisi spacium inter latera continentis vel ipsum continens, tunc, cum locus non est spacium aliquod, quia nullum erit tale spacium, erit continens vel aliquid continentis. Set cum loquamur hic de loco ut est quantitas, non erit substantia continentis; ergo, ejus erit superficies continens et
 30 circumscribens. Si obiciatur, quod Aristoteles in *Predicamentis* distinguit locum a superficie, dicendum est, quod hoc facit sicut logicus, qui superficialiter loquitur, considerans aliquam varietatem quam addit locus superficiei, licet in

21 *Methaphisice*] see v. 18 com., but this is not expressed in the printed text.
 30 *Predicamentis*] de quanto.

3 totum om. D 20 superficies] superficies ejus F 21 non om. F
 enumerat] enumeravit FD 24 hic] hoc D 26 erit] est F 33 locus]
 locus respectu FD licet] set D

essencia non differant; et hanc ydemptitatem essencie considerat methaphisicus, qui profundius descendit ad veritates rerum indagandas. Set logicus in suis consideracionibus est superficialis, et considerat que apparent, et ideo ad varietatem
 54 b 2. apparentem inter locum | et superficiem se extendit, sicut in 5 multis aliis facit, nam dicit omne genus esse univocum propter quandam unitatem apparentem in eo; set naturalis et methaphisicus ponunt equivocacionem in omni genere, sicut manifestum est ex 7^o *Phisicorum* et 3^o *Methaphisicorum*, quia igitur superficies in quantum hujusmodi est solum terminus 10 rei, et non comparatur ad aliquid continendum; set locus dicit comparacionem ad aliquid continendum, ideo, logicus distinxit inter locum et superficiem.

F. 102 a 2. Si | iterum obiciatur, quod Aristoteles dicit, in *Predicamentis*, quod ad eundem terminum copulantur partes loci 15 ad quem copulantur particule corporis, et corporis partes copulantur ad superficiem; ergo, partes loci similiter; set partes superficiei non copulantur ad superficiem set ad lineam, ergo, locus non est superficies. Dicendum est, quod mala translacio impedit hic intellectum, sicut fere ubique in libris 20 Aristotelis vulgatis apud Latinos, et ideo primo dicendum est, quod Boecius in *Commentario* exponit hoc, dicens quod hoc, quod hoc dicitur (partes loci copulantur ad eundem terminum ad quem particule corporis), intelligendum est ad eundem, id est, consimilem et correspondentem, quia ter- 25 minus ad quem copulantur partes loci conformatur et correspondet termino copulanti partis corporis locati et locantis, nam cum locatum sit spericum et locans similiter, ut in eis que propriissime habent locum, sicut sunt corpora mundi principalia, videlicet, elementa in speris suis, tunc superficies 30 aliqua copulat partes corporis locati, cujus extremitas est

9 *Phisicorum*] vii. 12. *Methaphisicorum*] iii. 17. 14 *Predicamentis*] de quanto. 22 Boecius] In *Prædicamenta* ii. 27, 28.

14 Si] set *F* 16 particule] partes *D* 22 *pr.* quod] secundum quod *F*
 hoc] hoc verbum *FD* 23 copulantur] copulari *FD* 26 correspondet] quo
 respondet *F* 27 copulanti partis] copulati partes *F* 28 sit] proprie sit *FD*
 29 que] qui *FD* 30 speris] spericis *D*

linea circularis, et huic lineae correspondet linea circularis, que terminat partes superficiei concave locantis, que est locus; et illa linea circularis, que est terminus loci, jacet super lineam circulem, que est extremitas superficiei terminantis partes corporis locati, et continet eam. Et quia partes corporis locati terminantur quodammodo ad illam lineam, que est extremitas superficiei dividens | eas, nam primo terminantur ad superficiem cujus est hec circumferentia, secundo ad eam circumferentiam, et illi circumferentie correspondet circumferentia copulans partes loci, et est consimilis circumferentia, et conformis ei, et per consequens est conformis superficiei copulanti partes locati, cujus superficiei partes circumferentia illa copulat. Ideo, pro tanto intelligitur verbum Aristotelis male translaturum, scilicet, quod ad eundem terminum copulantur partes loci et locati, id est, ad consimilem correspondentem, ut dictum est.

Si adhuc obiciatur, quod si locus est superficies, ergo, ubi erunt plures superficies erunt plura loca, sicut in corpore exagono locante aliud corpus exagonum, ut in cubo sicut in taxillo, et tamen corpus illud habet unum locum dum quiescit in eodem situ; dicendum est, quod sicut est una superficies, sic est unus locus, et sicut plures sic plura loca. Nam licet dicatur, corpus tale habere sex superficies parciales, tamen habet unam superficiem compositam, que est unus locus compositus, et magis est unus quam plures.

Si obiciatur forcius de virga, cujus tertia pars figitur in terra, et alia tertia in aqua, et reliqua in aere, constat plures esse superficies numero diversas et distinctas, scilicet, terre, aque, aeris; ergo, loca erunt tria, si superficies est locus. Set virga dicitur habere locum unum et eundem locum, quia immobilis est secundum locum; ergo, locus non est superficies locantis. Dicendum est, quod quantum est de loco hic, ut est quantitas sic enim hic loquimur, dicemus quod tres superficies sunt loca tria, et quod virga non habet unum locum

1-3 et huic . . . linea circularis *om. D* 12 locati] loci *F* 14-16 scilicet . . . dictum est *om. F* 16 dictum] prius dictum *D* 17, 18 ergo . . . superficies *om. F* 26 Si] Set *F* 30 *pr.* locum *om. FD* 33, 34 tres . . . tria] tria sunt loca sicut tres superficies *FD* 34 unum] nisi unum *F*

numero nisi per aggregacionem, sicut nec erit ibi una superficies numero nisi per aggregacionem. Et secundum hoc, virga non habet locum nisi per partes suas per accidens, et propter hoc, non habet proprie locum, set tamen dicitur
 55 a 2. habere, licet improprie | locum unum, quia habet unum situm 5
 respectu orientis, occidentis, medii celi, et anguli terre, ut postea exponetur. Set sic non est locus naturalis, sicut elementa debent habere in speris suis, que solum habent unitatem loci et veram unitatem per unam superficiem, et unum et eundem respectum ad terminos mundi, et ideo 10
 unitas respectus sola non facit locum, nisi equivoce.

Similiter, si obiciatur quod turris fixa habet unum locum, et tamen circumdatur temporibus diversis a diversis superficiebus parcium aeris, eadem est solucio; quia quantum est de racione quantitatis, locus est diversus, set quia turris 15
 habet situm eundem respectu parcium mundi, dicitur habere eundem locum: set sic sumitur locus aliter, et quasi equivoce. Si dicatur adhuc, quod locus terre est centrum mundi, et centrum est indivisibile non superficies; dicendum est secundum Averroys, 4^{to} *Celi et Mundi*, quod superficies aque 20
 est centrum mundi, de quo dicitur quod sit locus terre, nam distancia, que est a puncto in medio mundi usque ad superficiem aque, nulla est, respectu celi, et ideo totum illud spacium est quasi indivisibile, respectu celi, et propter hoc, superficies aque reputatur, secundum hoc, esse in centro 25
 indivisibili. Set de loco terre est specialis quescio, que in *tractatu quarto* debet terminari. Nam, si quis contendat
 F. 102 b 1. locum terre debere centrum dici indivisibile, tunc locus | ejus
 non est superficies, nec est proprie locus de quo nunc loquimur, set equivoce. Similiter, celum secundum veritatem non habet 30
 locum proprie dictum, quia nichil habet circumscribens, et ideo, si centrum mundi, secundum Averroys vel respectus ad centrum, dicatur locus ejus, hoc est equivoce, et longe a veritate, prout hic loquimur, set de hoc dicitur in Tercio Libro.
 55 b 1. Tercio queritur, quid ultra superficiem requiritur | ad locum, 35
 proprie dictum.

7-11 Set sic . . . equivoce om. FD
 centrum D

13 superficiebus] super F 30 celum]

Et primo queritur; an aliqua profunditas, ut tertia dimensio, requiratur, secundum quod aliqui volunt; dicunt enim quod locus est non tantum superficies circumdans, set in quantum hec superficies habet actualem distanciam per medium inter partes oppositas; hanc tamen distanciam non habet a se; set a locato, et quod profundum loci non est aliud a profundo corporis, et assumunt rationes ad hoc, quarum prima est superius posita, scilicet, quod sicut totum est in toto loco, sic medium in medio, et profundum in profundo, et hec soluta est supra. Secunda est, quod si locus sit sola superficies circumdans, tunc medietas superficiei circumdantis non includet medietatem corporis, nisi ex parte exteriori et non interius. Set hoc nichil est; quia immediate circumdat exterius, et mediante eo, circumdat interius, nec plus requiritur ad continenciam loci. Tercia est, quod locus et locatum sunt simul, set si locus esset sola superficies, nichil ejus esset simul cum profundo locati. Dicendum est, quod hec simultas non est nisi in contactu superficierum locantis et locati, non autem in profundo, nec oportet. Quarta est, quod tunc pars et totum essent in eodem loco primo, ut mundus quatuor elementorum in concavitate orbis lune, et spera ignis: set dicendum quod non. Nam spera ignis est in concavitate illa primo et immediate, et non totum, set mediante hac spera. Rationes igitur non valent, nec ipsa posicio in se est vera, quod locus habet terciam dimensionem, scilicet, profunditatem inter latera continentis, quia constat quod distancia nulla est vacui spacia, ut probatum est, nec corporis | locantis, que sit ejus dimensio, quia nichil ejus est inter latera sua nec aliquid nisi corpus locatum; ergo, hec distancia est dimensio corporis locati; set locus non accidit corpori locato set locati, et nichil est ipsius locati, ergo dimensio locati non est locus nec aliquid loci. Item, locus non est in loco, nec per se nec per accidens: non per se, quia tunc locus esset locatum, nec per accidens, nisi locus esset in locato, et aliquid ejus; ergo, cum locus nichil sit ipsius locati, non potest dimensionari per dimensiones in profundo. Ergo, locus non habet aliam

dimensionem secundum profunditatem, et ideo neganda est hec posicio, licet autem locus non habeat profundum, tamen respicit necessario profundum locati, quoniam continet non solum partes ejus exteriores, set interiores mediantibus exterioribus, et ideo, hunc respectum ad profundum addit locus 5 super dimensionem superficiei, licet non habeat profunditatem, nec per se nec per accidens. Set hunc respectum habet unde locat, non unde terminat corpus locans, superficies igitur est, unde terminat corpus locans, et eadem superficies est locus in quantum locat et inscribit totum locatum ex- 10 terius et interius, et ideo additur ei respectus ad terciam dimensionem, quam tamen non habet.

Deinde querendum est quid ultra unitatem superficiei requiritur ad unitatem loci. Et dicendum est, quod ydemptitas respectus ad mundi fines, scilicet, ut res locata sit in eadem 15 distancia a terminis mundi sicut prius; et hoc vocatur ab Aristotele immobilitas loci, et sic perficitur ejus diffinico, quam assignat, dicens locus est ultimum rei continentis immobile, id est, habens eundem situm respectu terminorum 20 mundi, qui sunt | oriens, occidens, medium celi, et angulus terre, qui est punctus in celo sub terra oppositus medio celi super nos, et propter hoc, turris dicitur alico modo habere eundem locum, et virga habens partes diversas in aere, aqua, et terra, dum eundem respectum ad terminos mundi habeat. Cum igitur unitas superficiei, cum isto respectu, eodem con- 25 tingunt simul, tunc vere et similiter proprie est locus; quando vero deficit unitas superficiei, tunc inproprie locus dicitur, precipue quantum ad naturam quantitatis, que debet de essencia esse loci proprie dicti; et quando diverse superficies in diversis temporibus cadunt in eundem situm respectu termi- 30 norum mundi, faciunt unum locum, set non in potissimo esse loci. Quando eciam simul et semel sunt diverse superficies ut terre, aque, et aeris, et solus situs est idem, ut virga fixa in tribus elementis, tunc adhuc minus proprie quam de turre, quia nunquam una superficies est in uno tempore, licet in alio, 35

17 perficitur] perficitur *M* 25 Cum] Quando *FD* 26 similiter *om. FD*
 29 esse *om. D* 30 cadunt *om. D* 31 non *om. D* 35 superficies]
 s. hic set ibi est una s. *D* est in . . . alio] hic *F* licet] licet alia *D*

et ideo, hic modus loci est magis inproprius. Similiter, in-
 proprius est quando est una superficies et respectus diversus,
 ut quando in eodem vase defertur aliquid per diversos re-
 spectus ad terminos mundi, et hic maxime est inproprius,
 5 quia sic sumitur locus ut vas, et non ut proprie locus, et
 omnes homines dicent, quod tale locatum mutat vere et
 proprie locum, licet remanet semper in eadem superficie
 vasis. Sunt igitur hic quinque modi, unus est quando super-
 ficies est vere una simpliciter, et non composita, et unus
 10 respectus ad terminos mundi, et hoc quando collocatur in
 superficie, que naturaliter debet locare talem rem, ut super-
 ficies celi ignem, et superficies ignis aerem, et superficies
 aeris aquam, et superficies aque terram. In tali enim loco
 semper concurrunt unitas superficiei et idem respectus im-
 15 mutabilis, unde non potest removeri illa superficies, sicut §6 a 2.
 nec respectus; immo vult illa superficies habere semper
 unum respectum, quia superficies celi habet semper suum
 respectum, et superficies ignis semper suum, et si mundus
 esset omnino consummatus, superficies aeris haberet semper
 20 respectum eundem, et similiter aque superficies; set dum
 durat generatio hominum, oportet quod mutantur hee super-
 ficies a suis respectibus naturalibus, et hoc est a lege nature
 universalis, que intendit salvare habitationem ad tempus.
 Set tamen natura particularis elementorum, quantum est
 25 de se, requirit quod superficies cujuslibet habeat unum et
 eundem respectum perpetuum, et secundum hoc attenditur
 modus loci propriissimus, et unitas loci per unitatem super-
 ficiei et respectus. Secundus modus est proprius, set minus
 proprie, ut est de loco corporis habentis plures superficies
 30 simplices, licet unam compositam. Hic enim modus est
 proprius, si habet unitatem respectus, quia una est superficies
 numero, licet non ita una sicut si esset simplex. Set alii
 duo modi sunt inproprii, ut de turre et virga in diversis
 elementis, set in virga est magis inproprietas, et dico hanc

3 ut quando . . . respectus <i>om. D</i>	aliquid] aliquod <i>F</i>	6 homines]
rationes <i>F</i>	dicent] dicerent <i>FD</i>	7 remanet] remaneat <i>D</i>
9 sim-	22 naturalibus <i>om. F</i>	alt. a] ex <i>D</i>
placiter] simplex <i>FD</i>	27 modus]	
mundi <i>D</i>	29 proprie] proprie dicitur <i>D</i>	31 habet] habeat <i>D</i>
32 numero <i>om. F</i>	34 in] de <i>D</i>	

proprietatem in loco et inproprietatem, secundum quod consideratur penes naturam quantitatis, quam non habet nisi a superficie et precipue si corpus aliquod simplex haberet figuram plurium superficierum, ut terra vel aqua vel aliquod de elementis, et hoc naturaliter esset, tunc hic modus loci

F. 102 b 2. esset, proculdubio proprior excepto primo, et hoc non | solum quantum ad rationem quantitatis, secundum quam consideratur locus, set secundum immobilitatem ejus, et quia nullus locus simplex est hujusmodi, nec corpus simplex in hoc modo locandum; licet quantum ad quantitatem, que exigitur in loco, est hic modus proprius magis quam alii, tamen non secundum immobilitatem; et | licet logicus et methaphisicus considerent locum penes quantitatem superficiei, tamen naturalis philosophus considerat immobilitatem tantum quantum ipsam naturam quantitatis in loco, et plus quia considerat immobilitatem tanquam differenciam completivam diffinicionis loci; et ideo, cum in eandem immobilitatem situs cadunt due superficies vel plures, in eodem tempore vel diversis, reputat satis unitatem loci. et ideo, secundum eum, turris proprie habet locum, quicquid sit de virga in pluribus elementis. Et si virga habet improprium, non tamen est ita inproprie secundum hanc viam, sicut si secundum rationem quantitatis considerarem eum, ut prius consideratum est. Quoniam autem inpeditus, non habui tempus cogitandi hic verba precisa brevitare et compendiosa ut vellem, ideo multiplicans prius verba, dico nunc brevius, quod ad veritatem loci exigitur precipue superficies et secundario respectus ad terminos mundi, nam in potissima acceptione loci, et hoc est in naturali loco elementorum, superficies continens requirit, ex sua proprietate et potestate, eundem respectum perpetuum, et respectus idem nunquam requirit ex se superficiem eandem, et ideo potissima loci acceptio est ex parte superficiei et proprietate, respectus invenitur potissime in loco, primo modo dicto, et tunc ulterius, quantum est de natura loci secundum

13 penes] presens *D* tamen] set tamen *F* 15 considerat] considerant
D 16 completivam] completam *D* 21 inproprie] proprie *F* 25 et]
in *F* ideo] non *D* 27 precipue] precise *FD* 32 potissima]
potentissima *F* 33 potissime] potentissime *F* 34 tunc] nunc *F*

racionem quantitatis, et secundum consideracionem metha-
 phisici, modi alii sumuntur loci magis proprie, secundum quod
 habent de superficiiei veritate, set tamen, secundum naturalem
 philosophum, concedendum est quod post primum modum, ubi
 5 concordant unitas superficiiei et unitas respectus, accipitur pro-
 prietas loci penes immobilitatem, et secundum hoc, ille modus
 qui habet unam | superficiem cum diversitate respectus. habet 56 b 2.
 minus de veritate loci, et est locus ut vas, et nichil habet de
 naturali loco, aut minimum. Alii vero modi, secundum quod
 10 habent plus de ydemptitate respectus, habent plus de veritate
 loci secundum naturalem. Sed hoc, cum tempus habuero,
 redigam ad plenam veritatem.

Si quis obiciat, quod locus ignis, qui est concavum orbis
 lune, est semper in motu, ergo, locus non est universaliter
 15 immobilis; solebant antiqui dicere, quod locus non dicitur
 immobilis a privacione motus circularis, set a privacione motus
 recti. Set hoc non bene dicitur, quia immobilitas loci non
 dicitur a privacione motus, set a privacione diversitatis re-
 spectus, unde immobilitas est hic ydemptitas, scilicet, respectus.
 20 Et si dicatur, quod concavum orbis lune habet in se oriens. et
 occidens, et angulum terre, et medium celi, quoniam hec sig-
 nantur in eo, ergo, non habet respectum ad ea, et ideo non ad
 terminos mundi: et ita locus ignis non habet aliquem respectum
 ad terminos mundi. Et dicendum est, quod quando dicimus
 25 aliquid habere ydemptitatem respectus ad terminos quatuor
 dictos, tunc intelligendus est sermo de rebus hic inferius locatis,
 de quibus exemplificamus semper secundum consuetudinem.
 Et ideo, si loquimur de eodem respectu in loco ignis, dicemus
 quod hic respectus est e converso, quoniam est orientis, et
 30 occidentis, et medii celi, et anguli terre, per ydemptitatem di-
 stancie respectu centri mundi indivisibilis, quia locus ignis,
 quod est concavum orbis lune, habet ubique eandem distanciam
 respectu centri.

3 veritate] unitate *D* naturalem *om. M* 5 concordant] concordat
D 8, 10 veritate] unitate *D* 23-24 et ita . . . mundi *om. FD*
 25 aliquid *om. F*

Capitulum 3^m. de loco ut est res naturalis conservans locatum.

Deinde dicendum est de loco per comparacionem ad virtutem | naturalem que ponitur in eo. Et nunc queritur utrum
 57 a 1. locus secundum quod dictus est superficies sit locus naturalis. 5
 Et aliquis argueret quod non, quia superficies in quantum hujusmodi est res mathematica. Item, superficies non habet virtutem aliquam conservandi locatum, set locus dicitur habere; cujus contrarium patet per Aristotelem, secundo *Phisicorum*, ubi dicit quod linea et superficies et hujusmodi sunt, secundum 10 veritatem sui esse, res naturales, et non habent esse nisi in corporibus naturalibus, quapropter locus potest esse naturalis, licet sit superficies, et sic solvitur argumentum | primum, nam
 F. 103 a 1. eadem est res naturalis et mathematica, et non dicitur mathematica nisi propter consideracionem, non propter esse, ut prius 15 expositum est. Reliquum vero solvitur per hoc, quod superficies hec, que est locus, est terminus rei naturalis, scilicet, locantis que habet in sua substantia illam virtutem, et ideo superficies hec potest facere locum naturalem propter comparacionem essencialem quam habet ad substantiam, cujus est 20 illa virtus. Superficies enim est terminus illius substantie, et ideo habet comparacionem necessarium ad virtutem illius substantie a qua potest dici non solum superficies naturalis, set locus naturalis, scilicet, ab illa virtute naturali; corpus autem locans, mediante superficie, continet et conservat 25 locatum, et sic superficies fit naturalis ab illa virtute locantis.

Set tunc secundo queritur, an locus debet in Naturalibus dici aliter quam superficies comparata ad virtutem conservantem locati. Et videtur quod sic, quia Aristoteles dicit prima contrarietas est in loco, ut Aristoteles vult in *Predicamentis*, et in 30 libro *Celi et Mundi*. Set constat primam contrarietatem esse in

9 *Phisicorum*] ii. 16. 19.

30 *Predicamentis*] de quantitate et quanto.

1 3^m. . . locatum] Secundum de loca *D* de loco per comparacionem ad
 virtutem naturalem que ei inponitur *F* 8 conservandi] considerandi *D*, *corr.*
in marg. 17 hec que] hic quid *F* rei] res *D* 19 hec] hic *F*
 21-22 Superficies. . . virtutem *om.*, *F* 25 mediante] m. illa *D* 28 con-
 servantem] considerantem *D*, *corr.* *in marg.*

substantia, ex decimo *Methaphisice*, et primo *Phisicorum*, quia in omni genere est una contrarietas prima secundum Aristotelem dictis | locis, ergo in primo genere, ut in substantia, erit prima contrarietas. Cum igitur hec sit in loco, erit locus substantia. Item, Aristoteles dicit quod celum est locus ignis, ignis est locus aeris, aer est locus aque, aqua terre, ergo ipsis substantiis attribuitur natura loci. Item, locus naturalis proprie dicitur propter virtutem naturalem quam habet respectu locati, set locantis substantia habet hanc virtutem et non superficies, ergo, si superficies est locus naturalis propter solam comparacionem ad virtutem hanc, multo forcius ipsum locans, quia habet hanc virtutem, dicetur locus naturalis; quod concedendum est.

Si vero obiciatur quod locus est ultimum continentis, secundum diffinicionem naturalis philosophi, et ultimum est superficies; dicendum est quod ultimum sumitur hic communiter ad superficiem, et ad partem substantie locantis propinquam locato, que pars substantie locantis habet virtutem conservandi locatum. Si tu dicas quod locus in *Predicamentis* et in *Methaphisicis* nunquam assignatur aliter quam pro quantitate, ergo, non erit locus substantia; dicendum est quod secundum consideracionem logici principalem, similiter secundum consideracionem methaphisici, non est locus nisi quantitas, quia non habent principaliter considerare de loco, nisi in divisione predicamentali, set naturalis philosophus habet considerare quomodo corpora naturalia conservantur suis locis naturalibus et destruuntur a locis innaturalibus, et ideo naturalis philosophus aliter accipit locum in uno sensu, pro substantia salvante vel corrumpente locatum, et tamen logicus innuit hoc, cum dicit quod maxima distancia et contrarietas est in loco, et methaphisicus, licet | implicite, in idem consentit.

Tercio, considerandum est de hac virtute. Videtur quod nulla sit virtus loci conservantis locatum, quia contrarium

1 *Methaphisice*] x. 3.

Phisicorum] i. 50 sqq.

4 hec] hec contrarietas *D*
15 philosophi] philosophie *D*
conservans *FD*

6 aqua] a. est locus *FD*
29 hoc] ad hoc *F*

9 locati] loci *D*
33 conservantis]

natum est destruere suum contrarium non salvare: set elementa sunt contraria. Item, per elongacionem solis a nobis, convertitur in nostris climatibus aqua in aerem, et aer in ignem, et e converso quando sol appropinquat ad nos, secundum Aristotelem, libro *Metheororum*. Item, celestis natura, cum sit penitus diversa ab elementari, non habebit virtutem conservandi. Set oppositum manifestum est per Aristotelem, 4° *Phisicorum*, et in 4° *Celi et Mundi*, dicentem quod locus salvat, et hoc patet, quoniam omnis res habet appetitum naturalem ad suum locum, ut ignis sursum, terra deorsum, et sic de omnibus. Eciam in hominibus, quilibet desiderat solum natale, sicut egregius poeta dicit egregie:

Nescio qua natale solum dulcedine cunctos
Ducit et immemores non sinit esse sui.

Et concedendum est hoc.

Et ad primum dicendum est quod elementa secundum Averroys secundo *De Anima* et secundo *Celi et Mundi* non habent in suis speris qualitates contrarias activas et passivas, que sunt calidum, frigidum, humidum, siccum, set in mixto tantum, unde, ut sunt partes mundi, non habent hujusmodi contrarietates, quia sunt loca generacionis et habitacionis rerum naturalium, et ideo, habent secundum se solum naturam convenientem rebus: et ita solvitur primum objectum. Et secundum patet, quia illa alteracio non est a natura propria elementorum, set a stellis alterantibus naturam mundi. Set mirum est istud quia | etsi qualitates activas et passivas non habeant, tamen habent formas substanciales contrarias activas et passivas, quia non solum agunt per accidentia sua, set per suas substancias, aut sue substancie essent ociose. Et hec est difficilis objeccio, set solvitur, quantum nunc oportet,

5 *Metheororum*] ii. com. de ventis. 7 *Phisicorum*] iv. 17. 8 *Celi et Mundi*] iv. 23, 24. 13 Ovid ex Ponto i. 3. 35. The ordinary text has captos, though Merkel (Teubn. ed.) reads cunctos.

2 a nobis *om. D* 4 quando] quoniam *F* 11 solum natale] suum naturalem *F* 13 qua] quam *D* 14 Ducit et] Ducit et allicit *M*: Allicit *FD* 15 Et] Set *D* 18 speris] propriis *D* 18-20 activas . . . partes *om. D* 22 solum] solam *F* 23 ita] ideo *F* 30 quantum] qualiter *D* nunc] nec *F*

per verbum Aristotelis, libro *De Sensu et Sensato*, ubi dicit quod
 elementa non agunt nec paciuntur, nisi secundum quod con-
 traria, et hoc est secundum qualitates sensibiles activas et
 passivas; secundum igitur istud verbum, non est contrarietas
 5 in substanciis elementorum, in quantum sunt partes mundi,
 licet sit diversitas. Nec agunt eorum substance passionem
 que fit, in corrupcionem set in salutem, scilicet, per multiplica-
 tionem speciei et virtutis salvantis illud quod illam recipit
 virtutem. Unde contrarietas oritur in eis, sicut multe alie
 10 condiciones, in quantum sunt partes mixti, et secundum hoc
 agunt passiones corruptivas. De hoc in tractatu *specierum*
 habet plenius certificari, et similiter, in tractatu *de elementis* in
 speris suis; hic solum tango fundamentum super quod ibi sit
 copiosior expositio, et tamen hoc verbum est Aristotelis in
 15 *Sensu et Sensato*. Et quod hic dicitur de negacione contra-
 rietatis potest solvi per duplicem contrarietatem, quarum una
 est substantia elementorum in speris suis, alia non, sicut in
 tractatu *specierum* dicitur, set hic loquor secundum intencionem
 Aristotelis, scilicet, quod contrarietas, que est causa corru-
 20 pcionis, non est in elementis in speris suis secundum naturas
 suas absolutas, licet sit ibi alia contrarietas, sicut in omni
 genere est una contrarietas prima inter potenciam et actum, et
 inter differencias contrarias circa idem genus. Quod vero
 objectum est de | diversitate nature celestis ab elementari: 58 a 1.
 25 dicendum est quod in natura specifica differunt, set tamen in
 alio conveniunt in natura generali, que est natura universalis,
 de qua superius tactum est; et habet esse in celo nobilius,
 propter quod potest salvare elementum. Potest eciam dici
 quod omnis creatura nata est propter salutem tocius universi
 30 assimilari alii, et ideo elementum natum est assimilari celesti
 nature, et est in potencia naturali ad illam assimilacionem, quia

1, 15 *De Sensu et Sensato*] in the paraphrase of Averroes. 11, 18 tra-
 ctatu *specierum*] possibly the de multiplicatione *specierum*.

1 ubi] ut *D* 2 non] nec *D* 7 fit] sit *D* 8 salvantis] salvantur *D*
 illam] illa *D* 13 tango] tangitur *D* 17 in speris suis *om. D* 18 dicitur
 predixi *FD* loquor] loquitur *F* intencionem] mentem *D* 19 scilicet] set *F*
 21 sicut in omni genere est una contrarietas *om. MD* 25-26 in alio *om. D*

conformitas parcium cujuslibet tocius facit ad salutem eorum et tocius. Et similiter celestis natura apta nata est assimilari elementari, et hoc est per influenciam speciei et virtutis, secundum quod determinatum est prius in tractatu *de speciebus*. Set quia celestis natura est nobilior elementari, ideo facit influenciam nobiliorem et plenioram, et propter hoc habet virtutem salvandi elementum, et ideo locandi et continuandi et servandi.

Set quarto considerandum est, an locus influat hanc virtutem in mobile ad ipsum natum. Quod sic videtur, quia mirabilis est potencia loci, qua unumquodque fertur in suum locum non prohibitum, sicut Aristoteles dicit. Item, motus ferri ad magnetem est similis motui locati ad locum, secundum quod communiter dicitur, et tangit Averroys, 7^o *Phisicorum*, et alibi; set hic motus fit per influenciam alicujus virtutis. Item, motus naturalis est forcior in fine, unde grave, quanto magis aporpinquat deorsum, tanto forcius movetur, sicut ferrum ad magnetem. Set istius fortitudinis causa est aporpinquacio ad locum, ergo, locus videtur aliquid influere, ut sit causa istius fortitudinis. Item, renovacio fortitudinis motus in gravi, cum aporpinquat, non potest esse nisi quia aliqua dispositio renovatur in eo, set nichil potest dici renovari, nisi sit virtus loci. Set contra, illud quod movet aliud per influenciam virtutis, non movet illud, nisi cum est in debita distancia respectu influentis, sicut de magnetem; non enim movet ferrum, nisi quando est in debita distancia ad ipsum, ut, scilicet, possit recipere aliquam virtutis impressionem per quam alteretur ut moveatur. Set grave, in omni distancia positum, fertur in suum locum deorsum, eciam si poneretur in concavitate orbis lune, ut Aristoteles dicit, 4^o *Celi* | et *Mundi*. Manifestum est igitur quod locus non influit in mobile ad ipsum, et certe hec est sententia Averroys in 7^o *Phisicorum*, ubi licet det convenienciam motus ferri ad magnetem, et mobilis ad locum, tamen in hoc est differencia, quod ferrum recipit alteracionem a magnetem in

4 tractatu de speciebus] see p. 18.
29 Celi et Mundi] iv. 22.

13, 31 Phisicorum] vii. 10.

3, 5 elementari] nature elementari D 3 hoc est] nec sunt F 7 continuandi] conservandi D
8 Set] In F 12 locum] l. naturalem D
17 istius] illius F: hujus D 18 istius] hujus D 28 dicit] vult FD

debita distancia, set mobile non recipit a loco. Item, materia appetit formam in fine forcius quam in principio, et tamen forma non movet eam sicut efficiens, ergo similiter potest esse hic. Et dicendum quod hec virtus loci movet a longe, et de
 5 prope, sicut finis amatus et desideratus, set a longe non movet sicut efficiens, set in debita distancia, propter enim naturalem convenienciam, quam habet grave ad suum locum, movetur ad ipsum in omni distancia; unde ex natura sua appetit et movetur, in quacunque distancia ponatur, set cum in debita
 10 distancia venerit, recipit virtutem loci, per quam alteratur in forciolem motum. Set ferrum non habet appetitum talem de se, set solum aptitudinem ad illum appetitum, non enim ex sua | natura convenit in tantum cum magnete, ut appetat 58 b 1.
 ipsum, nec ut moveatur, set in tantum convenit, ut aptum
 15 natum sit recipere ejus virtutem, et tunc appetere et moveri.

Et sic patent primum et secundum et tertium. Secundum patet in hoc, quod assimilatur motus ferri et motus mobilis, quia uterque fit per appetitum convenientis, et forcius in fine quam in principio, set motus ferri non fit solum per appetitum
 20 alicujus, set recipit virtutem per quam alteratur, ut appetat. Set appetitus convenientis movet elementum in omni distancia, unde virtus loci non est, nisi movens, sicut finis, ut dictum est. Quartum enim procedit omnino, nisi enim aliquid renovaretur in elemento cum apropinquaret ad locum, non renovaretur
 25 forcior appetitus. Raciones similiter in oppositum due prime patent per jam dicta, nam prima solum concludit quod virtus loci non est prima et sola causa motus, est tamen sola causa fortitudinis motus in debita distancia. Secundum, de motu ferri patet quomodo est differencia et conveniencia, unde
 30 Comentator non vult nisi quod omnino non est sicut de ferro respectu magnetis, precipue quantum ad causam primam motus, sed quantum ad fortitudinem motus, concedendum est. Tertium tamen indiget propria solucione, nam materia non appeteret forcius, nec velocior fieret generacio in fine quam in

2 et] set *FD* 12 illum] illam *FD* 13 in tantum cum] tantum in *D*
 14 convenit] c. cum magnete *D* 17 in hoc quod] quod hoc *D* 18 con-
 venientis] conveniens *D* 24 apropinquaret] appropinquat *D* 27 est
 tamen sola] set tamen *D* 28 Secundum] Secundo *D*

principio, nisi aliquid renovatum esset in ea, quando est propinqua termino generacionis ; sicut est a parte elementi forcius
 5^s b 2. moti in fine, et illud quod renovatur | in ea est esse complecius
 quam in principio seu aliqua dispositio, sicut hic aliquod esse
 renovatur in elemento et aliqua dispositio. Set illud quod reno- 5
 vat hujusmodi esse hinc inde, non est uniforme, nam generans
 dat materie esse complecius, et non terminus generacionis, qui
 est finis desideratus, ille enim finis non est activus, sed hic finis
 motus, qui est locus, est activus, et dat istud esse. Quia
 terminus generacionis non est adhuc in rerum natura, nec esse 10
 habet ; et ideo, non potest agere nec alterare. Set locus est
 substantia in actu habens potestatem operandi et alterandi
 aliud ; et ideo, secundum hoc non est simile hinc inde, licet
 secundum priorem condicionem. Et quamvis generans ele-
 15
 mentum sit causa motus localis in eo, loquendo de motu 15
 primo, quem recipit elementum, et de loco primo, quoniam
 dum generatur flamma ascendit, tamen nos loquimur hic de
 elemento completo in esse, et prohibito a loco per sui distanciam
 medii, sicut communiter loquimur de motu elementorum. Set
 hec est gravis dubitacio, et non potest terminari nisi in tractatu 20
 proprio *de elementis*.

Capitulum 4^m. de vacuo quantum ad ejus necessitatem propter locata et propter motum augmenti et nutrimenti, et propter motum localem.

Circa vacuum primo videtur necesse ponere ipsum propter 25
 corpora locanda, sive in loco, sive in nutribili et augmentabili.
 Et ad hoc arguitur sic: corpus aut recipitur in pleno aut in
 vacuo ; si in pleno, erunt duo corpora simul ; ergo in vacuo.
 Sic in humore nutritivo cum sit corpus, si in pleno et in solido
 carnis et ossis recipiatur, tunc erunt duo corpora simul, ergo 30
 in poris vacuis : et similiter de augmento. Set contra, primo |

21 de elementis] see pp. 203. 12, 211. 11.

3 fine] fine quam in principio D 13 inde] unde D 22 4^m] 3^m D
 22-24 de vacuo . . . localem] de necessitate vacui propter locanda et motum
 nutrimenti et augmenti secundum loca F: de vacuo D 29 Sic in] Set de FD
 30 ergo] ergo recipiatur D

sequitur idem inconueniens de vacuo, nam vacuum ponitur 59 a 1.
 esse spacium habens trinam dimensionem secundum longum
 et latum et profundum, ergo habet dimensionem corporalem
 sicut plenum. Quare si nichil recipitur in pleno, nec in vacuo.

5 Et hoc concedendum est. Solucio vero prime dubitacionis fit
 per hoc quod corpus plenum cedit corpori locando, et recipit
 ipsum inter latera sua et idio non necesse est ponere vacuum.

De humore nutritivo et augmentativo dicendum est, quod con-
 vertitur in substanciam animati corporis pleni per virtutem
 10 anime, et non remanet sub substanciam in dimensionibus propriis,
 set sub dimensionibus carnis et ossis, et fit una substanciam et
 una dimensio. Set hec habent posterius copiosius exponi, ubi
 de nutrimento et augmento tractabitur.

Secundo queritur, an propter motum localem necessarium
 15 est, et an possibile sit motum localem corporis fieri in vacuo.

Comentator vult, super 4^o. *Phisicorum* et alibi, quod vacuum
 non impediret motum localem alium, licet motum gravium et
 levium impediret. Item si vacuum esset super speram aque,
 et lapidis medietas esset in vacuo, et alia in aqua, cum lapis
 20 natus est moveri in aqua, per suam gravitatem, movebitur in
 ea. Set non potest medietas lapidis descendere in aqua, nisi
 descendat alia in vacuo : ergo possibile est et necesse, secundum
 hoc, ut fiat motus in vacuo. Set contra est, quod in vacuo est
 trina dimensio corporalis, et ideo habet unde repleat locum,
 25 et non habet naturam rari nec mollis qua cedat corpori
 aduenienti, quia in vacuo | nulla natura est, cum sit spacium 59 a 2.
 separatum a passionibus naturalibus. Manifestum igitur est
 quod, cum duo corpora non possunt simul esse, non poterit
 tertia dimensio alicujus pleni recipi in vacuo. Replecio enim
 30 loci non est per calidum et frigidum, vel alias passiones
 naturales, set per tertiā dimensionem, et ideo, cum vacuum
 habeat eam, habet unde repleat locum, et excludat alium
 a loco suo postquam non cedit ei. Et hec est demonstracio

16 *Phisicorum*] iv. 74.

2 dimensionem] d. corporalem sicut *D* 8 convertitur] convertatur *F*
 10 in] et *F* 13 nutrimento et augmento] nutritivo et augmentativo *D*
 19 et alia *it. D* 21 Set] Si *F* 25 non] ideo *F* 32 eam] causam *D*

Aristotelis, in capitulo *de vacuo*, licet aliqui non advertant eam propter malam translacionem. Et si ipse eam non poneret, tamen non habet impedimentum. Stabit igitur conclusio, quod impossibile est motum et mutacionem fieri in vacuo, et ideo vacuum non solum non est necessarium motui locali, set destruit motum localem.

Ad primum, dicendum est quod Comentator loquitur de motu naturali et non naturali, propter medii disposicionem, unde motus elementorum, quia purus naturalis est, non posset alico modo fieri in vacuo, etsi cederet; set quia motus animalis est voluntarius, et non est naturalis eo modo quo motus elementorum; ideo, considerato hoc bene, fieret in vacuo motus processivus si vacuum cederet, et hoc solum considerat Averroys. Set quia non cedit, ideo nec processivus nec alius potest in eo fieri. Ad aliud dicendum est quod non fieret motus lapidis cujus medietas esset in vacuo, quia vacuum non est medium naturale. Set hic non videtur quod vacuum inpediat quia non cedat, et quia medietas lapidis est in vacuo jam sicut in loco, scilicet, inter partes ejus; ergo, poterit descendere, non obstantibus dimensionibus ejus, et hoc est vacuum quia jam positus est lapis in ipso vacuo, et descenderet nisi quia vacuum non est medium naturale. Set hic oritur major questio, et est: posito quod vacuum cederet, utrum fieret transmutacio in eo tempore, vel in instanti. Et videtur per autoritatem et demonstracionem Aristotelis quod fieret sola mutacio in instanti et non motus, quia vacui ad plenum non est proporcio; ergo, nec transmutacio facta in pleno habet proporcionem ad transmutacionem in vacuo. Set illa que est in pleno, est in tempore; ergo, cum omnis temporis ad tempus est aliqua proporcio, transmutacio facta in vacuo non fiet in tempore, et ita in instanti; et sic erit mutacio et non motus. Item, secundum diversitatem medii in densitate et raritate fit

1 de vacuo] *Phys.* iv. 50-86.

1 advertant] addiscerant <i>D</i>	4 et] nec <i>FD</i>	9 quia] quod <i>D</i>
11 naturalis] motus naturalis <i>D</i>	18 cedat] cedit <i>D</i>	et quia] eo quod <i>F</i> :
et quod <i>D</i>	21 in] cum <i>D</i>	23 posito] posita <i>D</i>
21 in] cum <i>D</i>	23 posito] posita <i>D</i>	24 tempore
vel in instanti] subjecto vel successive <i>D</i>	26 quia] quoniam <i>F</i>	28 in
vacuo] factam i. v. <i>D</i>	29 ad] aliud <i>D</i>	

motus velocior et tardior: set in vacuo nulla est diversitas
 rari et densi, quia nulla natura est; ergo, non erit ibi aliqua
 differentia motus, scilicet, nec velocitas nec tarditas; set in
 omni medio potest fieri motus, et ideo, si aliqua fieret trans-
 5 mutacio, fieret in instanti. Quod motus naturalis ibi fieri non
 poterit, patet, quia in vacuo nulla est natura. Item, qua ratione
 moveretur grave in partem unam et in aliam et in omnem, et
 ita sursum et deorsum indifferenter. Set contra hoc videtur
 esse, quod | nulla virtus finita agit in instanti set in tempore, 59 b 2.
 10 et ideo, corpus cum habeat virtutem finitam, fieret ejus motus
 in tempore, non in instanti, in vacuo. Item, tunc in eodem
 instanti esset in principio spacii, et in medio, et in fine, et ita
 simul et semel in pluribus locis. Item, prius et posterius in
 15 spacio, ut Aristoteles dicit: set spacium vacuum habet prius
 et posterius, quia demensionatum est; ergo, de necessitate
 fiet in eo motus, si aliqua translacio debeat fieri in eo. Item,
 sicut se habet punctus ad lineam, sic instans ad tempus; ergo,
 permutatim, sicut se habebit punctus ad instans, sic linea ad
 20 tempus; set per transitus puncti est in instanti, ergo per
 transitus spacii linearis vacui est in tempore. Item, sit A
 instans in quo sit mobile in superiori parte vacui, et non potest
 esse in instanti continuo in medio, set in tempore, quia inter
 quolibet instancia cadit tempus medium; ergo, fiet in tempore.
 25 Nec potest hec ratio inpediri, quoniam non potest fieri
 deorsum in A instanti, quia tunc in eo esset simul et semel in
 diversis locis. Item, ponatur quod nullus motus alius esset.
 quod dari potest, quia et celum stabit aliquando, aut possibile
 est stare. Si igitur non est motus, non est tempus; et datur
 30 quod fiat translacio in vacuo in instanti, ergo, instans poterit
 esse sine tempore; quod est impossibile: sicut nec punctus
 sine linea. Item, cum corpus mobile sit divisibile in partem
 priorem et posteriorem, que simul esse non possunt in eadem |

1 et tardior] vel t. FD	4 transmuto] t. in vacuo D	7 omnem]
omni F	9 quod it. M	10 ejus motus om. F
16 quia] quoniam FD	17 fiet] fieret D	11 in instanti om. F
habet D	20 instanti] aliquo instanti F: alio instanti D	19 habebit]
. . . quo] Item sic in A instanti in quo D	22 vacui om. D	21, 22 Item
fieret F	30 in vacuo om. D	24 fiet]
	poterit] potest D	

60 a 1. parte spacii, oportet quod successive; ergo, oportet quod in tempore, et quod motus sit non mutacio. Raciones iste sunt communes ad multas questiones, et tamen sunt proprie cuilibet illarum, unde valde notande sunt et concedende sunt. Dicendum igitur quod motus corporis esset in vacuo, si cederet, et 5 non mutacio.

Ad primum, dicendum quod duplex est consideracio vacui, scilicet, racione dimensionis sue, et racione contrarietatis ad plenum. Primo modo est proporcio pleni ad vacuum, quia utrumque est dimensionatum equaliter, secundo modo non est 10 proporcio, et sic intendit Aristoteles, et sic arguit quod demonstracio sua et intencio sua feruntur ad hoc, quod non est motus in vacuo racione alicujus densitatis vel raritatis, nec motus naturalis qui attenditur penes hec et in hiis non est proporcio vacui ad plenum, quia in vacuo non potest esse 15 natura densi nec rari. Et sic procedit secunda racio, quoniam velocitas et tarditas in motu naturali sunt per densitatem medii et raritatem, set motus simpliciter non sic, nec motus voluntarius, qui bene esset in vacuo, si cederet. Ad tercium potest dici quod omnino non sequitur, quia in motu celi nulla 20 est resistencia, et tamen non est in instanti. Et iterum licet vacuum cedat, tamen ibi est dimensio spacii que faceret prius et posterius, et non cederet subito et totaliter in instanti, set paulatim et in tempore.

F. 109 a 2. *Capitulum 5^m. de necessitate vacui propter grave et leve, 25 rarum et densum.*

Nunc ulterius considerandum est an propter alias causas necesse est vel possibile ponere vacuum, et primo propter 60 a 2. grave et leve, et rarum et densum. Et | dixerunt antiqui quod vacuum necessarium est propter leve, et plenum propter 30 grave, estimantes quod causa levitatis fuit vacuum, et quod

5 esset] est cum fieret *F* 6 non] non talis *D* 11 quod] quia *F* 14 hec] hoc *D* 18 simpliciter] similiter *F* 19 cederet] cedent *F* 21 *alt. est*] fit *FD* 23 et non] et eciam non *F*: et esset non *D* 25 5^m] 4^m *D* 26 densum.] densum, et an aliquo modo possibile sit ponere vacuum *F* 28 est vel] sit vel *D* 29 antiqui] aut hii qui *F* 30 leve et plenum] plenum et leve *F* 31 vacuum *om. D*

causa gravitatis fuit plenum : estimantes quod si oppositum de opposito, et propositum de proposito. Et ideo, cum omne grave sit plenum, omne leve erit vacuum, et quia vacuum attrahit, est sicut calidum et leve, ventosa enim vacua trahit
 5 humorem ad se, et ignis elevat vaporem, et urinalis orificium includens candelam in pelvi habente aquam, attrahit ratione vacuitatis, et sic de multis ingeniis. Unde posuerunt ignem de natura vacui ; et propter hoc, quod ignis est res subtilis, et vacuum similiter.

10 Set eorum posicio nunc in universali destruitur, quia in particulari destruetur in tractatu *de elementis*. Aut enim ponunt leve esse purum vacuum, aut habere aliquid de pleno. Set purum vacuum esse non potest, quia cum vacuum sit locus corporum secundum eos, esset locus loci, quia leve querit
 15 locum sursum, et sic per eandem rationem ille locus esset tercii, et sic in infinitum. Item, cum vacuum non habeat aliquam convenienciam naturalem, qua magis est sursum quam deorsum ; ergo, leve quod fit ex vacuo, aut nusquam moveretur, aut in partem omnem simul et semel, quorum utrumque
 20 est inconveniens. Item, vacuum non est aliqua natura ; ergo, non est causa passionis naturalis, et ita non causabit levitatem. Eodem modo, nec erit leve compositum ex pleno et vacuo, quia nulla proporcio est vacui ad plenum | sed componencia 60 b 1.
 aliquid habent aliquam proporcionem. Item, si hoc, tunc
 25 nichil erit simpliciter et absolute leve nec grave, quia si leve est quod habet aliquid de levi et pleno, et grave similiter, et vacuum est causa levis, plenum causa gravis, tunc nec erit terra absolute gravis, nec ignis absolute levis, set solum in respectu, ut aqua et aer. Oportet enim quod esset
 30 pure leve.

Cum obicitur per consideracionem Aristotelis de oppositis et propositis, dicendum est quod hujusmodi argumenta non tenent, quando sub uno extremo unius contrarietatis continentur ambo extrema alterius, ut prodigalitas et avaricia sunt

4 attrahit] attractum *F*: accidencium *D* 6 pelvi] pleni *D* 12 Set]
 Si *F* 17 qua *om.* *D* est] cum *D* 21 causa] aliqua causa *D*
 22 et vacuo *om.* *D* 29 Oportet] Oporteret *D* 32, 33 argumenta
 non tenent] argumentum non tenet *FD*

contraria, bonum et malum sunt contraria, et prodigalitas est mala, ergo avaricia est bona. Non sequitur; quia avaricia et prodigalitas ambe continentur sub malo. Set grave et leve sub pleno continentur. Ad aliud, dicatur quod vacuum non attrahit secundum veritatem, quia vacuum nichil est, set ut 5 excludatur et impediatur vacuum, sive ut salvetur plenum fit attraccio per multa ingenia. Et illud de subtilitate non concludit, quoniam aliud est natura levitatis et aliud subtilitatis; quoniam hec subtilitas est raritas, que potest esse in celo sicut in levi. Et licet posuerunt vacuum esse causam utriusque, 10 scilicet, raritatis et levitatis, tamen neutra causatur ab eo. Leve enim non causatur ab eo propter causas dictas, quarum alique similiter sunt communes ad raritatem, unde subtilitas vacui et levis est equivocata, et in nullo conveniunt, quia una est naturalis, alia est non naturalis. Similiter, juxta hoc potest 15 eorum posicio de | raro et denso cassari in universalis, sicut hic exigitur.

Posuerunt ergo vacuum esse causam rari, et plenum densi; set raram est res naturalis, ergo, habet causam naturalem et non vacuum; aut raram est pure vacuum, et tunc pleni et 20 rari nulla esset proporcio. Set si motus in pleno est in tempore, motus in raro, unde raram, | dimensionatum est, propter ea que superius dicta sunt, erit in non tempore, et ita in spera ignis et aeris esset motus in instanti, quantum est de natura rari in eis, quod est impossibile, et contra sensum. Si 25 raram non est pure vacuum, set habens aliquid de pleno, tunc non potest esse, nisi tribus modis: aut enim dicetur raram quia habet multum de vacuo, et densum quia habet parum de vacuo; aut raram quia parum de pleno, et densum quia multum de pleno; aut quia plus est in raro de vacuo quam 30 de pleno, et in denso e converso.

Set primo modo, si dicatur raram, quia habet multas partes vacui, tunc si accipiatur modica pars rari, ut ignis, et maxima pars densi, ut terre, in illo denso erit plus de vacuo quam in

3 Set] Sic hic *FD* 4 dicatur *om. D* 7 illud de subtilitate] aliud
 subtilitatis *D* 8 quoniam] quod *D* 20 est] et *M* 21 esset] est *F*
 22 raram] raram est non, unde *MF* 32 Set] Si *D* 33 rari *om. D*
 34 terre *om. F* *pr. in]* de *D* *alt. in om. D*

illo parvo raro, quia in multa quantitate densi multum est de vacuo, et in parva quantitate rari erit parum de vacuo, et ideo in magna terra erit plus raritatis quam in parvo igne, quod est falsum. Si vero secundo modo, scilicet, quod rarum dicatur, 5 quia parum habet de pleno, et densum quia multum habet de pleno, tunc cum in parva quantitate densi parum sit de denso, et in maxima quantitate rari multum de denso, sequitur quod pars parva densi, ut terre, sit rarior quam magna pars ignis, quod falsum est. Si vero rarum dicatur, quia plus est in eo 10 de vacuo quam de pleno, densum e converso, tunc eadem proportio vacui ad plenum erit in parva quantitate rari sicut in magna, et similiter in denso parvo et magno | erit eadem 61 a 1. proportio pleni ad vacuum, quia rarum est ejusdem nature cum alio raro, et eadem est natura tocus et partis, et similiter 15 in denso, et ita sequetur, quod multum de raro et rarum habebunt eandem fortitudinem in operatione et passione. sicut Aristoteles arguit sub hac forma, de levi parvo et magno, quod eque fortiter et eque velociter movebuntur sursum, quod falsum est. Set pertraccio istius particularis magis fiet in 20 tractatu *de raro et denso*. Si obiciatur cum de denso fit rarum, ut de cera condensata fit laciore et extensa, omnes partes et tot erunt in raritate et condensitate, et eedem partes, quia eadem cera est, licet figura mutetur, igitur eundem locum et equalem possunt, quantum est de se occupare sicut prius, 25 licet magis distent ab invicem, et ipse partes et loca sua. Set nichil advenit quod facit partes distare, ergo pori vacui inter partes cere faciunt distanciam. Et dicendum quod partes sunt tot quot prius, et cedem in substancia, non tamen habent eandem quantitatem, set diversam et majorem recipiunt 30 per ductum earum in situs et posiciones diversas, et ideo locum occupant majorem, et non possunt habere equalem priori. Si enim rescinderentur loca particularia, que omnia adinvicem estimata constituerent equum loco priori, oporteret aut aliquid advenire quod faceret distanciam inter loca particu-

5 parum habet *om. F* 5-6 et densum . . . de denso *om. F* 7 sequitur] sequitur *F* 11 plenum] plena *D* quantitate] parte *D* 13 rarum] parum *FD*
 20 cum] tamen *D* 22 et tot *om. D* tot erunt] tot cere sunt *F* 27 cere
om. F 30 ductum] dictum *F* 32 rescinderentur] recindent decident *DF*

laria et partes aut poros vacuos intercipi. Et considerandum est quod cera non est rarior quam prius, eadem enim natura

61 a 2. est nunc et prius, quia non transit in aliam naturam secundum speciem, ut aqua in aerem, nec etiam in aliam naturam secundum numerum, unde non est transmutacio, nisi in situ parcium, 5 ad quam sequitur transmutacio in quantitate. Si loquamur de vero raro et denso, que diversa sunt in materia et specie, sive sint equalia in quantitate, ut terra pedalis et aqua pedalis, sive sint diverse quantitatis, ut unus pugillus terre et decem aque. Arguo igitur, si rarum est cujus partes distanter 10 jacent, ut dicitur in *Predicamentis*, et densum cujus partes propinque jacent. Set si rarum est continuum, tunc partes ejus copulantur ad communem terminum, et sic equabitur denso in propinquitate, quia non possunt due partes continui magis uniri, quam in termino indivisibili continuante. Set 15 F. 104 b 2. propinquitas parcium densitatis negatur in raro, ergo rarum habet partes discontinuatas, set nichil discontinuat eas nisi pori vacui, vel aliquid adveniens ab extra, quod dividi non potest, ergo pori vacui sunt in raro. Set istud solvitur sic, etiam propter accionem et passionem posuerunt vacuos poros 20 in corporibus, ut aliquid ab agente inmittatur et ingrediatur in paciens. Nam posuerunt quod omne agens inmittit aliquid in paciens, et quod ab eo exeat aliquid, vel pars vel virtus aliqua corporalis, que intraret paciens, et alteraret eum in profundo sui. Viderunt enim quod, quando accio agentis fit 25 in paciente, non propter hoc dividitur paciens, ut illud quod 61 b 1. ingrediatur recipiatur inter latera patientis, quoniam tunc hoc esset receptio locati in loco, et videmus ad sensum quod non fit talis divisio, et experimento hoc in corporibus nostris per accionem calidi et frigidi et alias acciones. Cum igitur 30 aliquid corporale exeat ab agente et fit in paciens, tunc vel erunt duo corpora in eodem loco, si illud recipiatur in solidas

12 *Predicamentis*] de qualitate et quali.

1 Et] Et non *F* 6 Si loquamur] Set loquimur *FD* 7 que] et *F*
 14 continui *om. D* 15 uniri *om. D* indivisibili] individuali *F*
 17 discontinuitas] discontinuitatis *F* 21 in corporibus *om. D* 25 Viderunt] Videret *D* quando *om. D* 31 aliquid] aliquid *D*

partes patientis, aut oportet quod in poris vacuis recipiatur. Et certe, non sunt longe ab hac sententia illi qui fingunt formam solis multiplicare suam materiam, ut fiat ad corporale in medio, scilicet, de multiplicacione radorum, de qua posicionem prius discussum est. Nec similiter, est vulgus naturalium longe ab hoc, quoniam ponunt quod aliquid exeat ab agente, et fiat in paciens. Set hec destructa sunt prius tanquam omnino erronea, scilicet, in prima parte hujus libri in tractatu *de speciebus* propter quod dicendum est, quod non oportet
 10 ponere poros vacuos propter accionem naturalem, quoniam nichil exit ab agente, ut dictum est, nec aliquid inmittitur in ipsum paciens, et ideo nec oportet quod pori sint in eo, nec quod latera ejus dividantur, nec quod plura corpora sint simul. Set ponimus accionem naturalem per contactum sub-
 15 stancie active ipsius agentis, cum enim tangunt se, et unum natum est agere, et aliud natum est pati, fit accio et alteracio prime partis patientis, que tangitur ab agente, et illa cum alterata sit, et habet jam formam agentis inductam, potest alterare partem secundam, et sic ulterius. Hec est veritas |
 20 circa accionem naturalem: per viam enim alteracionis fit et ^{61 b 2.} non per emissionem alicujus ab agente, nec per inmissionem alicujus in paciens. Et quia veritas accionis probata est prius, ex qua destruitur quicquid vulgus dicit, et quicquid alii fingunt de forma multiplicante suam materiam, et positus est
 25 modus per quem non oportet ponere vacuos poros, immo per quem reprobatum hec posicio; ideo, solum adiciendum est, quod si essent hujus modi pori, non propter hoc esset accio nec passio secundum posicionem eorum. Hec enim posicio destruit se ipsam, nam si propter hoc quod aliquid corporale
 30 ingrediatur paciens, ponant poros in quibus recipiatur, propter hoc quod in solidum non potest, ne essent duo corpora simul, tunc secundum quod ipsi volunt, esset accio in illis poris

10 de speciebus] p. 18.

3 ad] aliquod *D* 9 dicendum] breviter dicendum *D* 11 ut dictum
 est] ut prius demonstratum est *FD* 13 nec] ut *M* corpora] corporalia
D 16 fit] sit *D* 20 circa] contra *F* 32 secundum *om. F* esset]
 solum fieret *F*: fieret *D*

vacuis et nichil solidi ipsius patientis alteraretur, quia nichil secundum eos alteratur nisi aliquid ingrediatur in eo. Set in solidum nichil ingreditur, set in poros, et ideo corrumpetur nunquam aliquid de solida substantia patientis, cujus contrarium videmus.

Capitulum sextum de existencia vacui secundum se.

Et quoniam prius suppositum est, quod vacuum nichil est, et ideo non potest locus esse distancia vacua inter latera continentis, prius expediendum est de hoc. Et Aristoteles hoc probat per duas rationes. Set dictum est superius quod 10 primum argumentum ejus habet dubitacionem magnam, arguit enim, si aliquod spacium esset inter latera continentis quod esset vacuum, tunc essent loca infinita in actu in illo spazio, scilicet, quod quelibet pars locati haberet locum in 15 62 a 1. actu, scilicet, partem illius distanciae, et ideo cum | sint infinite 15 F. 105 a 1. partes locati, licet in quadam potencia, tum | actualia loca illis infinita respondebunt. Dicunt vero aliqui quod distancia actualis potest bene esse illius quod est in potencia, unde due partes distantes, licet sunt in potencia quadam, habent tamen 20 actuaalem distanciaem inter se; et ideo, sicut totum habet locum 20 actuaalem propter illam totam distanciaem actuaalem, sic quelibet pars propter distanciaem ei respondentem. Set non sequitur ex potencia actus, unde cum non sit infinitas parcium nisi in potencia, similiter non erit in eorum locis. Et hoc non est 25 inconueniens, propter quod alii dicunt, quod in vacuo nulla est 25 natura nec forma uniens partes ejus, et ideo, sunt abinvicem secundum se discrete et diuise, propter hoc, sicut in pleno sunt partes infinite in potencia, sic in vacuo sunt partes infinite in actu; nam plenum habet aliquam formam tocus, in qua uniuntur partes propter quam unionem non sunt actu omnino 30 discrete nec distantes, et ideo sunt in potencia infinita non in actu: et contrarium est in vacuo, ideo, partes ejus sunt in actu infinite. Set ista ratio nulla est, quoniam illi qui posue-

6 sextum om. F: 5^m D se] se, in quo inquiritur an possibile est ipsum aliquo modo esse sine comparacione ejus ad motum, vel aliud propter quod ponatur F 16 locati om. D 19 sunt] sine D 31 distantes] distincte F: diuise D

runt vacuum esse spacium aliquod sine calido frigido et carne
 et osse et igne et aqua, scilicet, spacium separatum ab omni
 passione corporis naturalis, posuerunt tamen ipsum esse
 quoddam totum, habens suum esse ex se et secundum suam
 5 proprietatem, et ideo, habet formam suam secundum sui
 debitum, licet non habeat formam naturalem, unde partes ejus
 secundum positores vacui uniuntur ita bene in suo toto per
 formam totius sicut partes pleni; sicut nos videmus in quanti-
 tate continua habente trinam dimensionem partes ejus uniuntur
 10 in suo toto per formam totius, sicut partes substantie. Set
 hii positores vacui posuerunt ipsam esse trinam dimensionem
 quantitativam mathematicam] separatam a passione naturali, ^{62 a 2.}
 quapropter non exponitur argumentum Aristotelis veraciter
 nec sufficienter. Propter quod dicendum est, quod non
 15 patere potest exposicio illius demonstracionis Aristotelis nisi
 destruat vacuum omnino, et inter latera continentis, et
 alibi; et hoc fit sic. Trina dimensio separata est quantitas:
 set omnis quantitas est accidens, et accidens non potest esse
 sine suo subjecto; quapropter impossibile est ponere trinam
 20 dimensionem separatam, et ideo impossibile est ponere vacuum
 esse, cum non ponatur aliud nisi dimensio separata. Item,
 omnis res stans per se est substantia, ergo, vacuum esset sub-
 stantia; set non incorporea, quoniam habet dimensiones cor-
 porales, ergo, erit substantia corporea, ergo corpus, quod est
 25 substantia. Set omne corpus, quod est substantia, est res
 naturalis vel natura, ut celum et elementum vel mixtum, et
 ita vacuum erit corpus naturale. Set corpus naturale non est
 separatum a passionibus naturalibus, et sic hoc non est vacuum,
 quia vacuum dicitur esse tale; ergo, ad posicionem vacui
 30 sequitur ejus destructio, quare ponere vacuum esse est ponere
 ipsum non esse, et ita contradictoria simul, quod est con-
 cedendum. Dicendum igitur quod, cum vacuum ponitur esse
 quantitas, ponitur esse accidens, et sicut non potest habere
 esse sine subjecto, sic nec unitatem. Unitas enim accidentis
 35 est ab unitate subjecti, et ideo si poneretur esse, non habebit

4 quoddam] quiddam *M* 21 nisi] nisi trina *D* 23 quoniam habet]
 qui habeat *F*: quin haberet *D* 25 quod] non *D* 26 *pr.* vel] et *FD*
 27 Set] Set si est *F* 33 et] et accidens *F* 35 poneretur] ponatur *FD*

unitatem propter hoc, quia ejus unitas est a subjecto, et ideo, nichil unum erit in vacuo ex sua proprietate, propter quod totum erit discretum et divisum, et ideo, ejus partes sunt discrete, et ideo, infinite in actu. Quantitas autem in suo subjecto existens habet unitatem radicalem a suo subjecto, et 5
 62 b 1. partes ejus habent unitatem radicalem | ab unitate parcium subjecti, et aliter non haberet secundum se unitatem per formam tocus in ea, et ideo cum in quantitate separata tollitur radicalis causa unitatis parcium vacui, scilicet, unitas subjecti et parcium ejus in forma tocus, necesse est quod in 10
 tali quantitate non remaneat unitas tocus, quia illam habere non potest, nisi aliunde, scilicet, ab unitate totalitatis sui subjecti. Nec impeditur hec expositio per hoc quod diceretur: postquam datur vacuo esse sine subjecto, dabitur et unitas; et ideo, non sequitur ex ratione vacui discrecio dicta 15
 parcium et infinitas actualis. Dicendum est quod sic: nam nos non damus eis esse vacuum secundum veritatem, set ipsi dant, et nos utimur verbis eorum. Et quia duo dicunt falsa, et de esse et de unitate, ad quorum utrumque sequitur contradictorium ejus, debemus destruere unum et alterum, set 20
 aliquando indigemus destruere simul utrumque, aliquando unum, aliquando alterum. In hoc igitur casu in quo Aristoteles arguit, non curamus destruere esse vacui set
 F 105 a 2. unitatem, | quia hoc facit ad propositum ejus et nostrum de infinitate locorum; et ideo stabit hec expositio facta 25
 de argumento Aristotelis. Quod vacuum non potest esse omnino, probatum est per duas rationes superius; et tertia est: si detur esse, quod sequetur infinitas in actu, ut accipitur ex ratione Aristotelis. Et quarta est: quod dantem oppositum vacui, scilicet, ipsum non esse, contingit veraciter 30
 salvare omnia naturalia in hoc mundo, propter que antiqui finxerunt vacuum; immo posito vacuo, impossibile est naturalia salvari, ut expositum est de motu locali, et de accione et passione, et aliis, quapropter non debet nec potest
 62 b 2. poni vacuum | in hoc mundo. Set nec extra mundum, 35

2 nichil] vel *F* 5-6 a suo . . . radicalem *F in marg.* 11 remaneat]
 remanet *F* 14 vacuo] vacuum *D* 18 dicunt] dicant *F* 19 con-
 tradictorium] contradiccionem *F* 31 antiqui] antiqua *M*

quoniam illud esset perpetuum ; et ideo, poneretur locus perpetuus potens et aptus natus capere corpus. Set in perpetuis non differunt esse et posse, quapropter esset corpus extra mundum in tali vacuo collocatum, quod falsum est, sicut ait Aristoteles in 3^o *Physicorum*. Set in tractatu *celestium* habet fieri uberior sermo de vacuo extra celum, quia Aristoteles docet, primo *Celi et Mundi*, nec corpus nec vacuum esse extra celum. Quamvis autem hec sit veritas, tamen bonum est et utile et pulcrum revolvere experimenta et rationes quibus apparenter videtur poni vacuum esse possibile, quatinus solvantur, ut plena certitudo de possibilitate vacui capiatur.

Scimus igitur quod vas plenum cineribus vel calce potest recipere de aqua quantum cineris, et similiter vas habens lanam recipit incaustum quantum sine lana, quare videretur quod vacuitas esset in quibus hec recipiantur. Set dicimus quod infra partes cineris et lane intercluditur aer, qui expellitur liquore adveniente ; et humidum est male terminabile proprio termino, bene autem alieno ; propter quod humiditas aque vel incausti terminatur in minorem locum per siccitatem lane et cinerum et calcis. Et tercio, siccum et humidum sunt contraria, et propter hoc statim mutuo se corrumpunt, et sic minorem locum occupant. Set si vas per foramen inferius repleatur aqua et obstruatur ejus orificium, manifestum est quod aqua est gravis, ergo descendet inferius per foramen, et aer non potest intrare superius, quia orificium obstructum est, ergo, erit vacuum. Et | dicitur quod non, quia aqua stat ne fiat vacuum. Set negacio non est causa affirmacionis : ‘ ne fiat vacuum ’ est negacio. Item, quid facit aque violenciam ? Non potest assignari. Nec natura aque est ejus causa, quia ex natura sua appetit descendere, ergo, videtur nullo modo

5 *Physicorum*] iii. 33.

7 *Celi et Mundi*] i. 99.

1 ideo] ita <i>D</i>	4 mundum] m. in actu <i>D</i>	10 rationes] rationem
<i>F</i> videtur] videbitur <i>D</i>	11 solvantur] solventur <i>FD</i>	13 vel
calce <i>om. D</i>	potest] potest tantum <i>D</i>	14 cineris] sine eis <i>FD</i>
18 et]	20 terminatur] terminantur <i>F</i>	21 calcis <i>om. D</i>
et iterum <i>F</i>	23 per foramen] perforatum <i>D</i>	25 descendet] descendit <i>FD</i>
		30 ejus]

hujus *FD*

fieri. Similiter, si in aliquo vase eneo vel aureo solidissimo includatur aqua vel aliud condensibile vel congelandum, et omnino obstruatur, potest condensari, ut videmus per gelu et per calorem, ergo, minorem locum occupabit, ergo, inter latera vasis et rem jam condensatam erit vacuum. Si dicas 5 quod non, quia occurrent latera vasis, et sequuntur situm rei contente, hoc non videtur propter soliditatem vasis, quia nulla fiet ei violencia, nec ex se appetit, nec sibimet potest inferre violenciam. Item, si aliquod istorum accideret, non posset dici, nisi quod hoc fieret ne fieret vacuum. Set negacio non 10 est causa affirmacionis, ut prius dictum est. Et dicendum est quod natura particularis aque ex se non stat sursum, set ex virtute nature universalis, que continuacionem corporum naturalium semper requirit et conservat, que continuacio dissolvetur per vacuum. Et ideo patet quid est causa efficiens, quoniam 15 natura universalis cui obedit natura particularis; et quid est causa finalis, quoniam continuacio naturalis corporum mundi. Et hec est affirmacio ad quam sequitur negacio vacui; et ideo, non ponimus negacionem vacui esse causam affirmacionis, sed 63 a 2. e contrario. Quid vero sit causa | universalis, expositum est 20 superius in tractatu *de causis*. Similiter dicendum est quod ex lege nature universalis contrahentur latera vasis, et sequentur situm rei condensate; ut salvetur continuacio rerum naturalium, et sic per consequens excludatur vacuum. Et planum est, quod simul sunt, quorum nichil est medium; 25 set inter superficiem rei condensate et latera vasis nichil medium est, ergo, simul sunt: nichil enim non potest facere distanciam, nec potest poni dimensio vacua sine subjecto, ut F. 105 b 1. prius ostensum est. | Et ideo si inter parietes solidissimos totus aer subito amoveretur, cum nichil esset medium, simul 30 essent parietes subito. Et consimile est, quod aliquando frangitur vas, in quo condensatur aqua vel aliud, si sit

21 de causis] pp. 206-216.

4 et] vel <i>FD</i>	6 occurrent] concurrant <i>F</i> : concurrent <i>D</i>	sequentur]
sequentur <i>D</i>	10 fieret] fiat <i>F</i>	11 causa <i>om. M</i>
quod <i>D</i>	18 quam] quod <i>F</i>	15 quid]
<i>om. D</i>	21 tractatu] capitulo <i>D</i>	27 non

frangibile, ut vitrum vel fictile; et hujus causa est continuatio corporum naturalium, ut aer ingrediatur ad continuandum, et hoc facit natura universalis, ex cujus potestate rumpitur vas artificiale, in quo non est lesio nature, ut salvetur naturalis
5 unio corporum naturalium.

Set de tabulis plane superficiei conjunctis, videtur esse major dubitatio. Accipiuntur igitur due circularis figure, et una ponatur super aliam, et elevetur per filum in centro fixum: tunc cicius erit aer in partibus juxta circumferenciam quam in centro
10 inter tabulas, ergo, ad tempus erit vacuum. Ad hoc multi multa solebant dicere. Quidam enim dicebant quod aer sit in | instanti usque ad centrum, ut excludatur vacuum. Set 63 b 1 isti primo peccant propter hoc, quod negacio non est causa affirmacionis; secundo, si consulimus eis, ut loquantur affirmative dicendo quod hoc erit propter continuitatem corporum
15 naturalium, ut predictum est in aliis, dicemus quod hoc non potest esse ex natura universali vel particulari, propter rationes superius tactas, de translacione facienda in vacuo in instanti. Non enim potest spacium divisibile transiri, nisi in tempore,
20 et corpus, quod est divisibile, habet priorem partem prius in spacio quam posteriorem; et natura universalis est virtutis finite, ergo operatur in tempore et non in instanti; et sic de aliis rationibus ibi positis, que necessario concludunt. Et ideo aliqui dicunt quod omnia contingencia se in aqua vel in
25 aere habent extremitates humidas, sicut Aristoteles dicit, secundo *De Anima*, et ideo, aer est in medio tabularum et ibi comprimitur, qui rarescit et expanditur in divisione tabularum. Sed istud primo patet esse falsum per aquam, nam si tabule jungantur in aqua, et elevetur una ab alia, aqua, qua
30 humide sunt tabule, non sufficit ad replendum locum, set alia aqua intercurrit. Deinde videmus quod aqua illa, que adheret tabulis, est modica | valde in poris tabule consistens, nec 63 b 2.

26 De Anima] ii. 113.

7 circularis] circulares <i>F</i>	10 Ad hoc] Et hic <i>F</i>	17 potest om. <i>D</i>
natura] naturali <i>M</i>	19 Non] Nam <i>D</i>	transiri] per transiri <i>D</i>
27 divisione] definicione <i>D</i> corr. in marg.		29 jungantur] conjungentur <i>D</i>
qua om. <i>F</i>	32 nec rarefit om. <i>F</i>	

rarefit nec extenditur in majus, sequitur tabulam, et non se extendit extra superficiem tabule, cui adheret; ergo, similiter est de aere, et magis, quia subtilior est, et ideo subtilius et intimius adheret tabule. Item, quid est causa rarefactionis, quia hoc non potest intelligi nisi duobus modis, uno modo ⁵ quod aer multus fuit conculcatus et compressus inter tabulas, vel licet sit parvus rarefit tamen transmutacione naturali, propter continuacionem corporum naturalium. Primum dici non potest, quia in conjuncione tabularum, patuit aeri liber exitus undique, ergo, non detinebitur ibi inter tabulas et si ¹⁰ tantus esset, quod replere posset locum inter tabulas disjunctas, tunc prohiberet earum veram conjuncionem secundum quantitatem spissitudinis sui corporis; set vera est conjunctio tabularum undique, ergo, non potest aer condensari. Nec potest dici quod rarefiet aer per naturalem operacionem, ut fiat ¹⁵ subtilior et majoris expansionis, secundum quod tabule magis et magis disjungantur, quia natura particularis aeris non faceret hoc, cum sit contra ejus inclinacionem; nec natura universalis hoc presumere debet, cum hoc fieri non potest, nisi per destruccionem aeris, et conversionem ejus in ignem, si aer ²⁰ ille fuerit purus; aut si fiat vaporosus erit destruccio vaporis

64 a 1. et conversio ejus in aerem. Et ideo | fieret corrupcio alicujus corporis naturalis, et annihilacio, set magis leditur universum in destruccionem alicujus corporis, quam in discontinuacionem corporum; ergo, natura universalis, que est virtus regitiva ²⁵ universi, nunquam corumpet corpus propter hujusmodi discontinuacionem corporum, nam nunquam inducet majus malum propter minus vitandum. Item, contra utrumque modum potest obici sic: si tabula una applicaretur aque, vel superficies aeris applicaretur aque; si igitur, elevari intelligamus superfi- ³⁰ciem | unam, nichil potest ibi poni, quia nullum corpus tertium est, maxime in contactu aque et aeris; ergo, iste contactus et replecio loci in separacione non fit per hanc viam. Item,

1 sequitur] set sequitur *FD* 2 extra] ultra *D* 4 intimius] vicinius *D*
 quid] quia *F* 10 et si] item si *FD* 11 tantus] tantum *D* 14 potest]
 potest ibi *D* 15 rarefiet] rarefiat *FD* 21 fiat] fuit *F*: fuerit *D*
 22 Et ideo] Non *F* 22 fieret] fiet *F*: nec *D* 25 corporum] c. natura-
 lium *D* regitiva] vegetativa *D* 26 discontinuacionem] continuacionem
F: disconveniencionem *D* 33 fit] sit *F*

dantem oppositum contingit solvere. Set adhuc pulcre
 arguitur vacuum per conjuncionem duorum corporum
 planorum sine medio corporis naturalis; et sint circularia,
 sicut prius, ad evidenciam majorem. Pono ergo quod exeant
 5 due linee a centrīs eorum usque ad terciū corpus suppositum
 eis, et hoc equidistanter. Cum igitur sint equidistantes, non
 concurrunt in punctum unum in terciō corpore, ergo, ad
 diversa; set inter omnia puncta in eodem corpore cadit linea
 media et pars corporis intercepta, ergo similiter in ortu
 10 linearum a centrīs erit distācia corporalis media. Set 64 a 2.
 concedebatur et ponebatur, quod ibi non fuit corpus naturale
 aliquod; ergo, erit corporale spacium vacuum, quod est pro-
 positum. Cujus solucio est, quod ille linee terminabuntur ad
 unum punctum in corpore supposito, nec sunt equidistantes,
 15 quia non distant in alico, set simul sunt sine medio. Ideo
 puncta originalia earum sunt simul sine medio; sed puncta
 duo sine medio continuo sunt sicut unus punctus, quia totum
 est indivisibile, et ideo possunt respondere uni puncto in terciō
 corpore, et propter hoc terminabuntur linee ad punctum unum
 20 in terciō corpore, et sic excludetur vacuum. Item, curialiter
 obicitur: ponatur quod per centra hujusmodi tabularum con-
 junctarum sine medio corpore naturali transeat una linea, cum
 igitur illa linea non secat superficies nec tabulas in puncto uno
 set duobus, quia corpora diversa sunt, tunc inter superficies
 25 tabularum erit linea et spacium et per consequens, superficiale
 et corporale: ergo, cum non sit corpus naturale, erit vacuum.
 Et dicitur hic multis modis falsis et contrariis, sicut alias in
 hoc volumine expositum est locis suis, unde dicendum quod
 illa virga secat duas superficies in uno puncto. Sed hic punctus
 30 unus est in | ipsa virga considerandus non in tabulis, secat 64 b 1.
 enim superficies tabularum in duobus punctis, quibus quia
 conjuncti sunt sine medio, respondet unus punctus in virga;
 et ideo, nulla linea media intercipitur inter duo puncta
 tabularum, nec spacium aliquod. Item, sunt vasa communia

2 per conjuncionem *om. D* 8 cadit] cadent *F* 14-15 sunt . . .
 set *om. M* 18-19 in terciō corpore et . . . punctum] in corpore extra
 et . . . punctum *D* 21 ponatur *om. F* 22 cum] tamen *D* 25 linea
om. F 30 *pr. in om. F* 34 sunt] fiunt *F*: sint *D*

sicut illa in quibus incaustum et oleum et hujusmodi ponuntur, et eciam vasa lavatoria habencia collum et orificium strictum, et latitudinem in fundo, sicut ampule vel urinaria, et perforantur in basi multis foraminibus ad abluendum manus, in quibus aqua contenta non descendit si orificium obstruatur, set si 5 orificium aperitur, aqua descendit per foramina. Sed si arguatur, quod aqua naturaliter debet descendere, ergo, licet orificium obstruatur, adhuc descendet cum nichil impediat, quapropter fiet vacuum: si dicatur quod non descendit ne fiat vacuum, jam patet quod hec solucio nulla est, quia negacio 10 non est causa affirmacionis. Set dicendum est quod detinetur superius aqua ex lege nature universalis, ut fiat continuacio corporum naturalium, ad quam sequitur secundo, exclusio vacui; et ideo affirmacio, scilicet, continuacio ista est causa 6.4 b 2 affirmacionis, scilicet, quietis aque in vase. Et eodem 15 modo est de vasis curialiter factis, quibus sophisticantur ignorantes, nam sic fiunt hujusmodi vasa, quod in aliquo illorum infunduntur simul aqua et vinum, et exeunt per idem foramen simul aut divisim, nunc aqua nunc vinum, secundum quod placet effudenti. 20

F. 106 a 1. *Capitulum 7^m. de loco et motu spiritualium substanciarum.*

Quoniam autem locus aliquo modo assignatur substanciis spiritualibus, et de hoc est summa difficultas similiterque de motu locali earum, ideo dicendum est hic de hiis duobus et primo queritur an substancia spiritualis, ut anima vel intelli- 25 gencia fit in instanti vel in tempore per spacium corporale, quia hec questio annexa est magis hiis que dicta sunt de vacuo. Secundo, queretur de localitate substanciarum hujusmodi, et ad hoc, quod substancia spiritualis fiat in tempore si per spacium feratur, necessarie sunt rationes superius posite ad 30

21 Here a second hand in *F* (circ. 1320) inserts the remainder of this part.

5-6 si orificium . . . descendit *om. F* 6 aperitur] aperiatur *D*
 7 arguatur] arguitur *D* 8 impediatur] impediatur *D* 17 nam] omnia *D*
 21 Capitulum . . . substanciarum *om. F* Capitulum 6^m. *D* 22 aliquo]
 uno *D* 23 summa] similiter una *D* 26 tempore] tempore vel in celum *F*
 27 vacuo] vacuo, ideo hic in capitulo de vacuo de hoc dicendum est. *F*

ostendendum quod in vacuo non potest corpus ferri, nisi posito quod in eo posset corpus transferri. Nulla enim virtus finita agit in instanti. Quia si aliqua ageret in instanti, major possit agere in minori; ut arguit Aristoteles sexto
 5 *Phisicorum* et in octavo *Phisicorum* dicit quod virtus finita et infinita non possunt agere in eadem duracione; set virtus infinita agit in instanti, ergo omnis virtus finita agit in tempore.

Item, tunc esset angelus simul in celo, et in medio spacia, et in terra; et ita simul et semel in diversis locis, quod non
 10 potest esse. Et sic de aliis rationibus, que ostendebant quod transmutacio corporis in vacuo debet esse in tempore, tum ^{65 a l.}
 racione divisibilitatis spacia, tum, quia transitus puncti est in instanti, ergo, linearis spacia transicio est in tempore. Nec impediuntur hee due raciones propter resistenciam; quia
 15 vacuum non resistit corpori, ut probatum est, set medium plenum non resistit spiritui; et ideo, potest intrare illud, et transibit prius unam partem spacia quam aliam, propter quantitatem spacia et finitatem virtutis. Et proculdubio, si transibit spacia, transibit in tempore, propter finitatem
 20 virtutis et ceteras raciones prius dictas; unde in instanti non potest transire.

Sed obicitur in contrarium quod Aristoteles dicit, quod inpartibile non movetur, probat hoc in sexto *Phisicorum*. Et una racionum ejus est talis; nam in suo transitu per-
 25 transibit semper indivisibilia, seu puncta semper ei equalia. Cum igitur talia in minimo spacio sunt infinita, nunquam pertransiret minimum spacia; quia omne mobile signat in actu semper partes spacia sibi equalia; ut mobile pedale semper transit spacia pedale, quantum est de termino ad
 30 quem vadit immediatum. Item, tunc spacia pertransitum esset ex punctis pertransitis, et ita linea ex punctis; quod

3 quia si aliqua. The text coincides from this point with Op. Tert. p. 168, l. 9. 5 *Phisicorum*] viii. 79. 23 *Phisicorum*] vi. 86, 88.

2 transferri] alico modo transferri <i>FD</i>	4 possit] posset <i>D</i>	8 Item]
Prima <i>F</i> simul] simul et semel <i>F</i>	12 quia] racione qua <i>D</i>	puncti]
ponatus <i>D</i> 13 linearis] linearum <i>F</i>	15 non <i>om.</i> <i>FB</i>	16 ideo]
non <i>D</i> 18 finitatem] puritatem <i>F</i>	24 racionum] racio <i>F</i>	26 Cum
igitur] Et cum <i>FB</i>		

F. 106 a 2. iterum est impossibile. Item, dum mobile est totaliter | in termino a quo, non movetur; dum totaliter est in termino ad quem, non fit motus, quia jam motum est, et quiescit mobile; ergo non movebitur nisi partim sit in termino a quo, et partim in termino ad quem. Set inpartibile, ut angelus, non habet 5 partem et partem, sicut nec punctus; et ideo, non movebitur. 6; a 2. Et | hec sunt demonstraciones Aristotelis, per quas ostenditur quod inpartibile non movebitur; ergo. si transit spacium, transibit in instanti, et erit mutacio et non motus.

Set hic respondetur quod aliud est de inpartibili quod 10 non committitur se partibus spacii divisibilibus neque indivisibilibus, sicut est angelus vel anima. Nam duo prima inconveniencia non sequuntur hic. ut dicunt; quia substantia spiritualis situm non habet, set transit in tempore propter finitatem virtutis, et non committitur se spacio, et ideo tertia ratio 15 non habet locum. Nam cum dicit, quod omne quod movetur partim est in termino a quo, partim in termino ad quem, hoc est verum de eo quod commensurat se dimensionibus spacii; set substantia spiritualis non proporcionatur nec commensurat se dimensionibus spacii. 20

Set contra hanc responcionem est, quamvis substantia spiritualis non habeat situm, et punctus situm habeat et posicionem licet simplicem, non propter hoc inpedientur raciones predictae. Quia aut erit angelus in loco indivisibili aut divisibili; si indivisibili, vel presens loco tali, et determi- 25 nabit sibi locum indivisibilem, ita quod ibi est dum quiescit, et non alibi; licet non commeciatur se illi indivisibili per situm, sicut indivisibile corporale, quod est punctus vel atomus; tunc eadem inconveniencia sequuntur. Nam sit A indivisibile in spacio, cui presens sit angelus, et est terminus a quo fiet 30 motus; et B sit indivisibile aliud, quod sit terminus primus immediatissimus ad quem movebitur angelus, et cui presens fiet per motum, licet ei non commensuretur per situm, set sit

3 motus] *om. F* 4 movebitur] movetur *F* 6 et partem *om. F*
 10 inpartibili] motibili *D* 13 hic *om. F*: his *D* 18 se] se spacio vel *F*
 19 commensurat . . . spacii] commensuracionem ad quantitatem spacii *EBD*
 25 si] set in *F*: si in *B* tali] tali, vel tali *FBD* 27 commeciatur] com-
 mensuret *F* 29 sequuntur] sequentur *FB* 31 aliud quod] ad quem *F*
 31 et immediatissimus *om. D*

ei presens | per determinacionem loci, ut omnes ponunt. Et ^{65 b 1.}
 C sit tertium indivisibile in spacio, propinquissimum ipsi B; et
 D sit quartum immediatissimum ipsi C; et sic ultra. Cum
 igitur angelus secundum hoc non potest esse presens nisi alicui
 5 indivisibili soli, et per transmutacionem fiet ab uno in alio, et
 angelus nullum indivisibile omittit in suo transitu, nec aliquid
 de spacio potest omittere in totum qui transeat; manifestum
 est, igitur, quod semper pertransibit indivisibilia, sicut punctus
 corporalis transiret; set solum erit diferencia in situ.
 10 Presens tamen erit angelus cuilibet indivisibili sicut punctus;
 ergo in transitu puncti acciderent duo inconveniencia, quod
 minimum spacium non transiret, quia infinita sunt puncta | ^{F. 106 b 1.}
 quolibet, et quod quantitas fit ex punctis; sic erit hic. Et
 tertia ratio non potest impediri; quia dum est presens
 15 ipsi A, quiescit; et dum est totaliter presens ipsi B, quiescit;
 et non potest esse secundum partem unam presens A, et secundum
 aliam presens ipsi B, quia indivisibilis est; et semper locum
 indivisibilem optinet. Ergo nunquam movebitur.
 20 Set proculdubio, ille rationes non solum tollunt motum set
 mutacionem, si angelus habeat locum indivisibilem; cum
 secundum veritatem linea non est ex punctis, set est spacium
 quantum et divisibile inter A et B, tunc cum sit angelus ad
 presens in A, et non sit B continuus ei, et tamen est propinquis-
 25 simus qui potest signari, tunc angelus quiescit in A, et non |
 poterit moveri ulterius; quia primus terminus ad quem veniret ^{65 b 2.}
 esset B, eo quod semper est presens indivisibili, et ideo nunquam
 pertransiret spacium quod est inter A et B, neque motu neque
 mutacione. Et ideo rationes Aristotelis due prime
 30 possunt formari equaliter contra mutacionem, sicut contra motum,
 si angelus sit presens loco indivisibili. Nam sive per motum.
 sive per mutacionem, transeat illa puncta, et totum

4 potest esse] esset *F* 7 in totum qui] continuum quin totam *F*: quin
 totum *D* 9 corporalis] corporis *F* solum] sola *F* 11 ergo]
 ergo sicut *FB* quod] quia *F* 12 minimum] manifestum *M* 13 quolibet]
 quolibet spacio *F* 15 quiescit. *Haec verba add. M* et non potest esse
 secundum partem 18 indivisibilem *om. D* 23 cum *om. D* 25 signari]
 fieri *D* quiescit] quiescet *DB* 26 poterit moveri] movebitur *D* 29 Et
om. F

spacium pertransit, tunc totum spacium erit ex illis punctis ;
 et cum sint infinita in minima parte, nunquam poterit per-
 transire spacium minimum, nec minimam ejus partem. Et
 ideo rationes tres nunc tacte ostendunt, quod nec movebitur
 nec mutabitur, si angelus habeat locum indivisibilem. 5

Et illa ratio ultima Aristotelis, que dicit quod omne quod
 movetur partim est in termino a quo, partim in termino
 ad quem, ostendit specialiter quod non movebitur. Rationes
 vero quatuor prime ostendunt quod nullo modo mutabitur ;
 et ista non videntur posse impediri si habeat locum indivi- 10
 sibilem ; sed si habeat locum divisibilem, tunc proculdubio
 poterit moveri, et nulla rationum istarum prohibet. Nam
 si sit in A loco divisibili, tunc potest B locum divisibilem
 aggredi, sicut vult, et quando vult ; et tunc cum pertransit B
 locum divisibilem, et C, et D, et alia loca divisibilia equalia 15
 ipsi A spacium pertransitum erit semper ex divisibilibus par-
 56 a 1. tibus compositum ; et poterit pertransire | minimum spacium
 et maximum, sicut vult. Et sic existens in A loco divisibili,
 qui est terminus a quo. potest relinquere illum locum secundum
 partem, et occupare de loco B partem, ut hee due partes 20
 equentur toti A. Relinquitur igitur quod partim poterit esse
 in termino a quo, et partim in termino ad quem, et ita poterit
 moveri ; quia demonstratio Aristotelis non requirit, nisi quod
 mobile possit quoquo modo occupare partes terminorum
 duorum, sive hoc fiat per partibilitatem sui ipsius ut corpus, 25
 sive per partibilitatem terminorum occupatorum a mobili, si
 non sit corpus. Set mutacio nullo modo fiet, si habeat angelus
 F. 106 b 2. locum | divisibilem, propter rationes superius assignatas de
 finitate virtutis et suis comitibus.

Capitulum octavum de loco substanciarum spiritualium. 30

Quoniam autem hec questio de transmutatione substan-
 ciarum spiritualium fundatur super existenciam earum in loco,
 ut patet ex jam dictis ; quia si habent locum indivisibilem nec

1 pertransit] pertransibit <i>F</i>	2 poterit] potest <i>F</i>	3 Et <i>om. F</i>
4 movebitur] movetur <i>F</i>	7 est] erit <i>D</i>	8 movebitur] movetur <i>F</i>
9 prime] predictae prime <i>F</i>	13 A loco] alico <i>D</i>	21 equentur] sequentur
<i>FB</i>	23 demonstratio] de modo <i>M</i>	24 possit <i>om. F</i>
non <i>FB</i>	30 Capitulum . . . spiritualium <i>om. F</i>	octavum] septimum <i>D</i>

movebuntur nec mutabuntur localiter, et si divisibilem non mutabuntur sed movebuntur; ideo oportet hic considerare de loco earum, quod non habet aliquid difficilius se in tota speculatione sapientie. Tamen habet duo equalia ei in difficultate, 5 de quorum altero dicitur post hec, quia annexum est istis. Set in hoc loco volo procedere secundum vias inquisitionis et recitationis, magis quam de terminacionis et diffinicionis alicujus 66 a 2. sentencie, et sine prejudicio melioris sentencie referam opinionem alicorum theologorum famosam, cui etiam sapientissimi 10 viri concordabant quos vidimus, licet viam universe carnis ingressi sunt.

Quod autem substantia spiritualis nullam rationem habeat ad locum corporalem, neque divisibilem neque indivisibilem, persuadetur sic. Locus corporalis, qualitercunque intelligatur, 15 habet necessario situm de suo intellectu; quia etiam punctus situm habet, et linea, et superficies, et corpus. Set substantia spiritualis nullum situm potest habere, ergo nullam rationem habebit loci corporalis.

Item, substantia spiritualis neque habet divisibilitatem 20 quantitatis nec puncti, quia sua natura est indivisibilis; nec est quantum, neque terminus quanti. Et ita sicut divisibilitas quantitatis extranea est, sic indivisibilitas termini quantitatis, qui est punctus. Set que non sunt ejusdem generis non habent adinvicem comparacionem nec proporcionem; nec est pro- 25 porcio albedinis ad lineam, nec ad substantiam, que sunt diversorum generum predicamentalium a genere albedinis; nec ad musicam, nec ad dulcedinem, que sunt in diversis generibus subalternis. Quapropter natura indivisibilis spiritualis nullam comparacionem nec proporcionem habebit ad 30 indivisibile vel divisibile in quanto corporali.

Item, hoc videmus | per locum a majori: nam quedam res 66 b 1. sunt corporales, quia proprietates corporum sunt, et tamen non habent aliquam comparacionem ad locum corporalem de sui natura, ut unitas et numerus. Non enim convenit

1 non mutabuntur sed] mutabuntur sed non *F* 2 mutabuntur] mutabile *D*
 3 habet] habent *F* 10 viri] magistri *F*: om. *M* 11 sunt] sint *F*
 19 divisibilitatem] indivisibilitatem *MD* 20 est om. *M* 21 ita] ideo *F*
 22 sic] ita *M* 26 predicamentalium] predicamentorum *F*

dicere quod de sui natura alicubi sunt ; quia non habent
 situm nec posicionem. Unitas enim non est hic nec ibi ;
 neque locum divisibilem neque indivisibilem occupat ; nec
 presens est alicui loco naturaliter, et de se, set per accidens,
 ratione corporis cuius est unitas. Ergo manifestum est quod
 longe minus substantia spiritualis, que a corpore non dependet
 aliquo modo, habebit respectum vel comparacionem ad locum
 corporalem. Item, corpus non habet aliquam proporcionem
 nec comparacionem ad locum spiritualem ; ergo nec spiritus
 ad locum corporalem.

Item, omnis res, que locum habet, aut habet locum natura-
 lem aut accidentalem ; set res que habet locum accidentalem,
 ut lapis, qui est elevatus sursum, est ibi per violenciam, et
 habet necessariam inclinacionem ad locum naturalem. Et
 ideo omne quod habet locum accidentalem in actu, aptum
 natum est habere locum naturalem, in quo salvatur, et extra
 quam est per violenciam. Set in substantiis spiritualibus
 non est aliqua violencia ; ergo non possunt habere locum acci-
 dentalem. Neque in eis necessitas est conservacionis, quia
 incorruptibiles sunt ; ergo nullo modo locum sibi determinant
 naturalem, et ita nullo modo habebunt locum.

Si dicatur quod substantia spiritualis non indiget loco
 salvante set continente, quia est pars universitatis rerum, et
 extra celum esse non posset nec debet, et ideo limitatur ejus
 natura ut sit infra celum contenta, contra hoc est multiplex
 ratio. Nam celum ultimum locum non habet, et tamen est
 pars universi ; nec aliquod celum indiget loco continente ;
 quia si celum ultimum non esset de partibus universi celum
 penultimum locum non haberet, nec continens, nec salvans ; et
 sic nec aliquo celo. Unde quod non indiget salvante non
 indiget continente, et ideo celi non indigent aliquo loco conti-
 nente ; quare longe magis substantia spiritualis non indige-
 bit loco continente. Item, natura elementaris quia indiget
 salvante ideo indiget continente. Unde celum per suam

1 alicubi] alicui *F* 2 nec posicionem. Unitas] nec unitas *F* 7 re-
 spectum] racionem *MD* 10 corporalem] c. per locum a commutata pro-
 porcio *F* 13 est elevatus] elevatur *FBD* 17 quam] quem *BD*
 19 quia] quoniam *D* 23 quia] que *M* 25 contra hoc est] set est contra
 hoc *M* 30 aliquo] de aliquo *FB* : in alico *D* 34 ideo] idio *M*

virtutem salvat elementa ; et quodlibet elementum superius
 salvat inferius ; et ideo oportet quod elementa habeant undi-
 que continens. Quare cum substantia spiritualis non indiget
 salvante, non indigebit loco continente. Item, universitas
 5 rerum non requirit continenciam unius per aliud. Nam si res
 create essent ita ut nulla aliam circumdaret, adhuc esset univer-
 sitas rerum et tamen nulla continencia. Ergo pars universi, in
 quantum hujusmodi, nisi aliud reformet pactum, non requirit
 continens.

10 Item, si consideremus radicem unde accidit continencia in
 hoc mundo, videbimus quod ad hoc, quod res sit pars universi,
 non requiritur quod contineatur ab alico. Nam quia elementa
 indigent salvante undique, ideo indigent continente undique ;
 et ideo elementum est spericum ; et per consequens corpus
 15 celeste est spericum ; et ideo contentivum elementi. Set si
 elementa ex nulla parte indigerent salvante, aut non undique,
 non esset necesse quod elementa essent sperice figure, nec per
 consequens celum ; et ideo continencia non requiretur neces-
 sario ; et tamen essent partes universi. Item, in quantum |
 20 mundus debet | moveri propter generacionem et corrupcionem,
 oportet quod sit sperice figure ; quia non posset ultimum corpus
 moveri, nisi in figura tali, sicut probavi in *Opere Majori*. Sed
 licet celum non moveretur, nec fieret generacio et corruptio.
 sicut erit post resurreccionem—quia tunc erunt omnia incor-
 25 ruptibilia, et adhuc erunt partes universi—ergo figura ista
 sperica, que facit continenciam in hoc mundo, non potest
 convincere, quod idem sit esse pars universi, et necessario
 contentum, secundum quod requirit continens et locum con-
 tinentem. Quapropter concludi videtur quod spiritualis sub-
 30 stantia nullum locum, nec divisibilem nec indivisibilem, cor-
 poralem requirit, nec debeat habere, propter continenciam,
 sicut neque propter salutem.

22 *Opere Majori*] vol. i, p. 153.

4 loco continente <i>om. D</i>	5 unius per aliud <i>om. D</i>	6 universitas]
unitas <i>D</i>	8 pactum <i>om. D</i>	13 ideo . . . undique <i>om. D</i>
<i>Haec verba add. F</i> et per consequens corpus spericum est celeste, ideo con-	15 elementi	21 sperice]
tentivum elementi	18 requiretur] requiretur <i>BD</i>	29 videtur] v. necessario <i>BD</i>
spericitas <i>FB</i>	25 et <i>om. MD</i>	30 cor-
poralem <i>om. D</i>		

F. 107 a 2.
67 a 1.

⟨*de loco angelorum.*⟩

Deinde in particulari argui potest ad utrumque, et primo quod locum indivisibilem non optinebit nec requiret. Nam tunc sit ille locus A punctus in celo; sequetur igitur per superius dicta quod non transibit ipsum A in eternum, neque per motum 5 neque per mutacionem; ergo non operabitur nisi apud ipsum A. Ergo angeli cum fuerint omnes in celo creati, et primo existentes ibi, non possunt aliquid operari in hoc mundo inferiori per presenciam sue substancie, nec ad homines pertingere neque potentes eis adesse, quod est plane falsum; quia scri- 10 ptura dicit contrarium, et multiplex historia, et experientia; et est contra fidem et contra veritatem. Si dicatur quod existens
 67 a 2. in A puncto in celo potest hic inter | homines operari propter potestatem magnam virtutis, sine mutacione locali;—contra, potestas non excedit essenciam, quia aut essencia nobilior est 15 potencia, aut essencia equatur saltem potencie; sicut dicitur in libro *de Causis*. Ergo ubi sua essencia non est, non potest operari, nisi loquamur de accione per multiplicacionem virtutis. Set de hac non loquitur aliquis hic, nec posset hoc stare, sicut alibi probatum est. 20

Item, divina potencia non operatur nisi ubi est presens sua essencia; quia sicut potencia est ubique, sic sua essencia; et ideo multo magis angelica potencia non operabitur, nisi ubi sua essencia presens est. Item, secundum fidem ecclesie et scripture, et dicta sanctorum, et secundum historias certas, 25 angeli non solum facti sunt presentes hominibus secundum opera, sed secundum suam essenciam, et substanciam, et naturam. Set hoc esse non potest si angelus determinat sibi locum punctalem, ut probatum est. Item, anima rationalis est presens corpori humano viventi; et est presens non solum 30 secundum operacionem set secundum substanciam, ut patet, et

1 All MSS. here have a new initial but no chapter heading.

4 sequetur] sequitur *FB* 10 scriptura] sequitur a *D* 16 essencia
 equatur saltem potencia] ei coequatur *F* equatur] sequatur *D* 19 posset]
 possit *F* 25 dicta sanctorum] sanctos *F* certas] sanctas *M*
 28 determinat] determinaret *F*

fit in celo per presenciam sue substancie que sancta est, aut in inferno que dampnatur, aut in purgatorio que spem habet salutis. Ergo substancia spiritualis non erit solum et semper presens uni loco punctali, secundum suam essenciam, sicut nec |
 5 secundum suam potenciam solam operandi. Item, si angelus F. 107 b 1.
 esset artatus ad punctum, et esset substancia punctalis | im- 67 b 1.
 possibile est quod esset dignitatis illius que predicatur de eo ;
 nam tunc et essencia esset punctalis et potencia, et ita esset
 vilissima substanciarum, et vilior omnibus aliis, que ad puncti
 10 miseriam non artantur. Nec expedit dici quod licet sint artati
 ad punctum mole, non tamen virtute ; quia virtus et potestas
 idem sunt, et moles inportat essenciam ; set potestas non
 excedit essenciam, ergo nec virtus ; et ideo hec pars concede-
 enda est.

15 Quod si obicitur quod angelus est indivisibilis, ergo et suus
 locus ; dicendum est quod indivisibilitas angeli et loci sunt
 equivoca et alterius generis ; quia angelus est ita indivisibilis
 quod nec est quantum nec terminus quanti ; set punctus localis
 est terminus quanti, ideo non correspondent sibi invicem. Si
 20 eciam dicatur, quod sic se habet divisibile locatum ad locum
 divisibilem, sicut indivisibile ad indivisibilem, ergo angelus
 occupabit locum indivisibilem ; dicendum est quod prima pro-
 posicio vera est de indivisibili locato, quod est ejusdem generis
 cum divisibili, ut est punctus corporalis respectu corporis ; set
 25 non de alio indivisibili quod est spirituale ; quod non est
 corporis nec quantitatis. Set tota difficultas est respectu loci
 divisibilis ; et probatur quod angelus non potest sibi determinare
 locum divisibilem, nec magnum nec parvum, ad quem limitetur
 per presenciam suam. Nam plus convenit ei locus indivisibilis
 30 quam divisibilis, quia substancia est indivisibilis ; ergo si locus
 indivisibilis ei non congruit, nec multo magis locus divisibilis.

Item, non convenit nos assignare | uni angelo quantum debet 67 b 2
 occupare, nec potest per naturam loci et locati assignari ; sci-
 licet ut sit unus pes, vel duo, vel quantum locus hominis vel

1 sancta] salva *F*
 essenciam *om.* *F*
F: substanciam *D*
 quem locum *D*

7 que predicatur] quod patet *F*
 25 alio] alico *F* 29 presenciam] permanenciam
 31 congruit] convenit *FD*

12-13 set . . .
 permanenciam
 32 quantum]

stelle; quoniam cum sit res spiritualis non habet majorem
 convenienciam ad locum unius quantitatis quam alterius, dum-
 modo sit quantitas finita; ideo indifferenter se habebit ad
 omnem quantitatem loci, seu parvam seu magnam; ergo ad
 nullum locum certe quantitatis finite potest artari. Si dicatur 5
 quod sic, quia sua potestas limitatur, et ideo oportet quod
 locum sibi limitatum occupet: contra; aut hec limitacio est
 finicio sue potestatis, et sic patet quod non habebit locum
 infinitum ex sua potestate; et hoc est verum si hoc non
 impediatur argumentum. Aut si limitacio potestatis dicat locum 10
 certe quantitatis, qua minorem nec majorem occupabit; hoc
 reprobatur sic, quia sua potestas est spiritualis, sicut sua
 essencia, et non repugnant sibi nec disconveniunt; et ideo si
 sua essencia quia spiritualis est non habet familiaritatem magis
 ad locum unius quantitatis quam alterius, ergo nec sua potestas. 15
 Item, si locum divisibilem necessario occupabit et omnes ejus
 partes, hoc non facit propter sui divisionem, nec quantita-
 tem, nec extensionem, ut patet; ergo faciet hoc quia potest
 esse in pluribus particularibus locis, ex nobilitate sue sub-
 stantie, et nature, ac potestatis, et virtutis; que omnia idem 20
 sunt.

68 a 1. Sed Aristoteles dicit in capitulo *de Vacuo* quod si aliquid
 potest esse in duobus locis, potest esse in tribus, et in quatuor, |
 F. 107 b 2. et in infinitis: ergo si angelus potest loca particularia alicujus
 loci divisibilis occupare, propter sue potencie nobilitatem, 25
 poterit iterum majoris loci in duplo partes occupare, et in triplo,
 et in quadruplo, et sic de partibus loci infinitis; set tunc esset
 potencie infinite; ergo relinquitur quod plura loca, vel partes
 plures ejusdem loci, non potest occupare.

Probaciones has non est facile dissolvere, quamvis multe 30
 cavillationes possent dici, sed expertus in consideracione quan-
 titatis, et rerum non habencium comparacionem ad quantitatem,
 potest de facili cavillationes eas dissolvere. Set difficilia argu-
 menta sunt in contrarium, propter ymaginaciones corporalium,

22 de Vacuo] *Phys.* iv. 76, 77.

6 limitatur] finitatur *F* 7 limitatum] l. et certum *FBD* 8 habebit]
 habet *F* 10 impediatur] impedit *FBD* 19 particularibus] partibus *FD*
 34 corporalium] corporum *F*

quibus absorti sumus, quia omnis intellectus noster est cum continuo, ut Aristoteles dicit, libro *de Memoria et Reminiscencia*. Et ideo primo intuitu non transcendit noster intellectus ultra continuum, quod est quantitas scilicet corporalis. Propter hoc de spiritualibus format sibi ut in pluribus ymaginaciones corporales, aut similes eis; aut si has non faciat aliquando, tunc deficit de comprehensione veritatum circa spiritualia, et nichil contemplatur; et ideo in hiis multa sunt vulgata secundum modum loquendi in corporibus, cum tamen | aliter ^{68 a 2.} intelligenda sunt, et non solum de angelis, set Deo. Nam dicimus quod Deus descendit de celo; et secundum modum vulgatum apud nos, quod descendit de alto, relinquit illum locum et acquirit novum locum, quem prius non habuit. Set hec sunt absurda Deo. Et cum dicitur: 'Misit Deus Filium suum in terris,' non est intelligendum sicut homo mittit filium suum a se ad locum distantem, in quo non est mittens, et quem prius non habuit missus. Hec enim in corporalibus locum habent; et sic de infinitis attributis aliis Deo, secundum sermones vulgatos de corporalibus; que aliter intelligenda sunt.

Similiter vero est de angelis, quod multa loquimur de eis secundum similitudines loquendi in corporalibus; quia talis modus loquendi est proprius intellectui nostro, qui corporalia non transcendit, primo aspectu et principali mentis intuitu; licet ex consequenti per corporalia, que sunt effectus et privaciones spiritualium, devenimus via arguendi in aliquales cogniciones spiritualium; et precipue quantum ad questionem an sint et quid sint. Quia scimus quod Deus est, propter creacionem et gubernacionem mundi; et scimus quod est unus, quia unus est mundus. Et per motus celorum, qui non sunt naturales, nec violenti, sed voluntarii, scimus quod angelica natura est que movet celos; et quia sunt sexaginta motus secundum Aristotelem, in undecimo *Methaphisice*, scimus quod

2 de Memoria et Reminiscencia] c. 1.
b. 2, ed. 1496.

32 Methaphisice] see f. 117.

2 continuo] c. et tempore *F*

9 corporibus] corporalibus *F*

guendi] argumentandi *F*

ciones *F*

27 quid] quot *FB*

3 transcendit] procedit *F*

6 *alt.* aut] ac *F*

19 corporalibus] corporibus *F*

25 ar-

aliquales cogniciones] substantiales cogita-

30 voluntarii] violentarii *D*

68 b 1. angeli, motores orbium celestium, sunt sexaginta, | preter
 F. 108 a 1. milia milium et decies cen|tena milia, et innumerabiles nobis,
 quos scimus esse per fidem ecclesie, et scripture, et sanctorum.

Si igitur obicitur quod, cum angeli sint in gloria celesti,
 erunt infra celum, et ita vel totum celum, vel partem, quilibet 5
 eorum sibi determinabit, et ita locum divisibilem vel indivisi-
 bilem; dixerunt viri famosi quod hec forma arguendi non
 valet; quia Deus est in celo, et in hoc mundo, et tamen
 nullum locum sibi determinat, nec divisibilem, nec indivisi-
 bilem. Set tunc si dicatur quod angelus erit similis Deo in 10
 hac proprietate, et ita cum Deus propter hoc, quod in se est,
 non dicitur esse in loco; similiter nec angelus; quod est
 nepharium, quia tunc esset Deus: dicunt quod Deus est
 natura spiritualis per privacionem corporalis nature, et in hoc
 similis est ei angelus. 15

Item, quia est ymago Dei, non solum est similis per priva-
 cionem corporalis nature, set per ymitacionem nature divine,
 licet non sit similis per participacionem alicujus communis
 Deo et ei. Deus igitur quia est natura spiritualis, et quia in
 se est, non determinat sibi locum nec magnum nec parvum; 20
 et ita ex duplici causa. Set angelus ex una illarum, que est
 spiritualis natura, et non ex alia, scilicet, quod habeat esse
 in se, quia hoc conceditur soli Deo. De proprietate tamen
 nature spiritualis est, ut non habeat proporcionem aliquam ad
 locum corporalem; quia nulla est proporcio spiritus ad corpus, 25
 nec ad aliquid corporis.

Si vero obicitur quod, si non habeat locum divisibilem,
 68 b 2. neque indivisibilem | in celo, ergo neque mutabitur et ita
 non possunt angeli fieri presentes nobis, nec demones, nec
 anime nostre unquam separarentur a corporibus, et fierent in 30
 celo et purgatorio, que sunt falsa et impossibilia: consequencia
 patet ex supradictis; quia ostensum est quod si non habet
 locum divisibilem non poterit moveri nec mutari; et si non
 habet comparacionem aliquo modo ad locum non potest
 habere comparacionem ad motum quia motus secundum 35

27 obicitur] obiciatur *D* habeat] habet *D* 28 mutabitur] *m.* neque
 movetur *FB* 29 possunt] possent *D* 30 unquam separarentur]
 possunt separari *F* fierent] fient *D* 34 potest] poterit *D* 35 quia]
 secundum locum quia *BD* quia motus *om.* *F*

locum non potest fieri nisi considerata ratione loci; et ita erunt omnino immobiles secundum locum. Ex quo videntur sequi inconuenientia dicta. Et hoc philosophia clamat tota, quod substantia spiritualis est immobilis secundum locum, ut
 5 habetur in libro *de Causis*, et tamen operatur in locis diversis. Et hec est quorundam theologorum posicio famosa Parisius, volencium quod operetur in celo et in terra, licet non movetur secundum locum, nec mutetur. Ponitur igitur, quod nulla distancia corporalis impedit operacionem angeli, nec respectu
 10 ejus est aliqua distancia hujusmodi; nam distancia corporalis ad corpora refertur, set non ad spiritus. Et ideo si ymagine- mur angelum in celo, non propter hoc distat a terra distancia corporali, que respectu ejus nulla est, set respectu corporis, ut stelle in celo existentis; et ideo angelus presens celo potest
 15 operari in terra, et e converso; et non est nisi ubi operatur, sicut dicit posicio theologorum predictorum, nec respondet ei alicubi esse nisi per operacionem, id est, quod operacio ejus sit alicubi in celo vel in terra | set ejus substantia nusquam ^{69 a 1.} est localiter per determinacionem | alicujus loci; quia situm ^{F. 108 a 2.}
 20 non habet. Et ideo cum angelus duxit et reduxit Tobiam, operacio ejus et corpus assumptum mutabant locum, et fiebant in diversis locis; set substantia angelica remansit immobilis presens celo, non absens a terra, nec tamen locum aliter accipiens, nec determinans in celo nec in terra. Unde sicut
 25 non est distancia corporalis inter duo tempora, scilicet, Pascha et Pentecosten, et tamen tempus est passio corporalis, quia est mensura motus corporis, sic est hic, et longe magis, ut dicunt isti, quia spiritus angelicus nichil est corporis.

Set tunc fortis objeccio oritur quia tunc erit ubique sicut
 30 Deus, et ita erit potencie infinite. Si enim est immobilis secundum locum, et non determinat sibi locum in celo nec in terra, cum presens est celo non abest a terra, ergo erit in celo

5 de Causis] c. vi.

1 potest] poterit *F* nisi] nisi ex *F* 6 Parisius *om. D* 7 volen-
 cium] volentes *FB*: volencium *D* 16 nec respondet ei] id est, non debet
 dici *FB* 17-18 esse . . . alicubi *om. F* 20 habet] habent 21 muta-
 bant] mutabunt *D* 30 Deus] diceret *F*

et in terra simul et semel; et ita ubique, sicut Deus; et erit
 potencie infinite, quia posse esse ubique est potencie infinite.
 Et dixerunt ad hoc, quod Deus ex causa duplici non abest
 alicui loco, tum quia substantia spiritualis est, et respectu
 spiritus non attenditur distancia corporalis; tum quia est
 potencie infinite continentis omnia et singula per presenciam
 Majestatis. Nam aliter esset vacuitas in creatura et defectus,
 quibus tenderet in non esse. Et ratione istius proprietatis
 divine est recte ubique, et quia ubique est ex hac ratione, ideo
 69 a 2. non abest alicui loco. Quoniam etiam Deus est | natura 10
 spiritualis, non recipit distanciam corporalem, et ideo presens
 celo non abest terre. Angelus autem non habet rationem
 majestatis nec potencie infinite, et ideo ex hac proprietate
 non ubique est, quia cum est presens celo non abest terre;
 sed ratione spiritualitatis, qua nullam distanciam recipit 15
 corporalem, quia nullum situm habet, nec situatur in celo ut
 stella, nec in terra ut homo, ideo habet quod presens celo non
 abest terre, nec distat. Et ideo secundum hanc viam non
 debet adhuc proprie et primo et principaliter dici quod sit
 ubique per affirmacionem, et hoc precipue ut dissimilitudo 20
 ejus ad majestatem Dei notetur. Set tamen per negacionem
 potest dici, nec quod abest celo nec terre, propter hoc quod nulla
 distancia corporalis ei conceditur; nec habet notam respectu
 ejus, quia non est proporcio spiritualis ad aliquod corporale.

Quatenus igitur non solum vitemus errorem, set sermones 25
 similes erroribus, precipue propter reverenciam divine maje-
 statis, non dicemus quod angelus est simul et semel ubique; quia
 hoc appropriatur Deo tam in re quam in sermone; nec oportet
 quod dicamus quod angelus est simul presens celo et terre, set
 per negacionem, quod non abest nec distat a celo nec a terra, 30
 et cum est presens celo | non distat a terra, nec abest ab ea;
 et, e converso, cum consideretur presens terre, nec abest
 nec distat a celo; ut semper aliqua negacio exprimat, quia
 nullam habet rationem distancie corporalis, cum sit spiritus.

69 b 1. Si autem iterum obicitur quod adhuc | sequatur ex hac 35

6 continentis] convenientis *D*

ubique est *om.* *F*

precise *F*

15 recipit] respicit nec recipit *F*

24 ejus] hujus *F*

8 tenderet] tendent *F*

29 dicamus] dicemus *D*

9 et quia

20 precipue]

racione angelum esse potencie infinite, quia si distancia esset
 infinita inter celum et terram et mundus esset infinitus, angelus
 presens celo non distaret a terra, quia, ut dictum est, nulla
 distancia localis ad angelum refertur. Set cum sic esse
 5 presens celo et non distare a terra, posito spacio finito, est
 per potenciam finitam angelicam, ergo posito spacio infinito
 erit ex potencia infinita, quod dum sit presens celo, non abest
 a terra. Et dicendum est, non sequitur de spacio infinito
 propter finitatem creature, ratio tamen spiritualitatis non
 10 repugnat, et ideo saltem in spacio infinito non reperitur incon-
 veniens. Et per hoc patet quomodo anima rationalis est
 ubique in corpore, et quomodo sensitiva non, nec vegetativa.

4 refertur. The coincidence with the Op. Tert. (p. 184. l. 26 ends.

7 abest] distat *D*

F. 105 b 2. *Incipit quarta pars communium naturalis philosophie que est de produccione rerum in generali.*

10. 63 a. Nunc tempus est ut fiat descensus ad species motus, et ad ea que sunt annexa eis. Sic enim Aristoteles facit, quoniam 5 post motum in universali et locum et vacuum et tempus, descendit in particulari ad species motus et ad ea que sequuntur eas. In hac igitur parte hujus primi libri naturalis voluminis, incipio a generatione, que est motus principalis in naturalibus. Set multa dubitabilia sunt circa eam. Est 10 autem generacio exitus materie de potencia ad actum, sive exitus generabilis de non ente ad ens, hoc est, de ente in potencia ad esse actuale. Et patet ex predictis quod essentia 69 b 2. incompleta | et in potencia vadit per generacionem ad complementum et actum. | Et nichil aliud est exitus de potencia 15 F. 110 a 1. materie, nisi quod sic promoveatur in terminum generacionis, unde illud quod fuit in potencia postea fit in actu, sicut Aristoteles determinat in fine octavi *Methaphisice*. Set an

[8 Methaphisice] viii. 15.

1-3 Pars quarta hujus primi libri in qua fit descensus ad species motus et ad ea que consequuntur eas *F: om. D* 4 Another form is given on f. 29 b 1 of *M* 'Hiis habitis de parte materie naturalis secundum se, consequenter considerandum est quomodo extrahatur materia de potencia ad actum. Et patet ex predictis . . . et actum'. 6 et locum] ad locum *F* 7 sequuntur] consequuntur *D* 12 generabilis] generalis *F* 14 complementum] complementum in terminum generacionis *D*

subito an successive sic promoveatur dubitacio est, quia
 ponitur ab omnibus quod forma substancialis inducitur tota
 in instanti. Primo tamen oportet excludere alteracionem
 quamdam que hic fingitur ante ultimum exitum termini
 5 generacionis in esse, ut stemus solum in ipsa veritate gene-
 racionis. Cum vero natura substancialis incompleta promo-
 vetur ut compleatur, decurrit hec transmutacio ejus a gradu
 incompleto ad gradum completum. Set isti duo gradus
 extremi sunt ejusdem generis, scilicet, quia sunt substanciales
 10 et de rei substancia, ergo si qui sunt medii gradus, erunt
 similiter substanciales, quia medium est ejusdem generis cum
 extremis, ut docetur decimo *Methaphisicc*. Ergo, nullum
 accidens cadit in medio inter hec extrema. Set alteracio
 non est nisi inter accidentia, ergo, nulla est ibi alteracio
 15 intercepta. Item, si dispositiones accidentales adderentur
 super primum gradum essencie materialis substancialem
 promovendum continue in ultimum gradum substancialem,
 et res generata componitur ex primo gradu et ultimo, quero
 de istis mediis gradibus accidentalibus, aut cedunt in nichil
 20 quod est inconveniens, aut componetur generatum ex eis
 cum primo gradu et ultimo, et ita fieret substancia ex sub-
 stancia et accidente. Item loquamur de generacione alicujus
 speciei ex materia communi, ut de generacione ignis, et sit
 illa materia communis in aqua, et fiat ignis ex aqua per
 25 corrupcionem aque et | educionem ignis de potencia materie. 70 a 1.
 Si igitur gradus inter potenciam materie et exitum ultimum
 forme substancialis in esse sit accidens, ut caliditas, et acci-
 dens non renovatur nisi per renovacionem sui subjecti, quia
 proprium subjectum cujuslibet accidentis precedit natura
 30 ipsum accidens, ergo prius natura inducitur ibi subjectum
 proprium caliditatis. Set hoc non potest esse nisi substancia
 ignis; quare substancia ignis precedet natura saltem calidi-

12 *Methaphisice*] x. 22, 24.

2 ab omnibus *om. FD* 6 promovetur] promoveatur *F* 9 scilicet]
 set *D* quia *om. F* 10 rei *om. F* 12 Ergo] Ergo cum *F*
 15 dispositiones] deposiciones *D* 16 substancialem] substanciale *F*
 21 cum] tamen *D* 24 et fiat] ut fiat *D*

tatem et omne accidens ignis; et ideo generatio precedet alterationem per naturam, si ibi esset alteratio. Item, cum alteratio est a subjecto in subjectum actu existens in esse specifico, ut Aristoteles determinat, non erit hic alteratio, cum non sit subjectum manens in actu, set ens in potencia 5
 10. 63 b. pro subjecto. Subjectum enim vocatur hic terminus | affirmatus, ut album, nigrum, set terminus generationis a quo non est ens, et ideo non est a subjecto in subjectum, set alteratio est a subjecto in subjectum ut ab albo in nigrum, a calido in frigidum. Et propter hoc dicendum est quod nulla est 10
 hic alteratio, quia hic non generatur accidens nisi per generationem subjecti sui subjecto communi existente ente in potencia et non in actu, quod est materia naturalis. Et ideo est ibi generatio substantie que vocatur generatio simplex vel simpliciter, et generatio accidentis que vocatur 15
 generatio secundum quid. Unde omnes dispositiones inter potentiam materie et ultimum actum sunt gradus substantialis et nulla accidentalis. Impossibile enim est hoc sicut probatum est.

Capitulum 2^m. de intencione et remissione forme substan- 20
cialis.

Sed tunc gravior occurrit dubitacio. Si enim hec sunt 70 a 2.
 vera, tunc substantia suscipit magis et minus in | generatione cum extrahitur de potencia ad actum, et suscipiet intencionem et remissionem, et hoc iterum probatur per Aristotelem 25
 in 7^o *Phisicorum*, ubi dicit quod majus et minus sunt in quantitate, magis et minus in qualitate. In substantia vero sunt difference intencionis et remissionis, set non sunt nominate. Et iterum in 8^o *Methaphisice* dicit quod forma substantialis cum materia recipit magis et minus et Averroys 30

26 *Phisicorum*] vii. 25 sqq.

29 *Methaphisice*] viii. 10.

3 in subjectum *om. D*
om. D 16 quid] quod *D*
 23 magis et *om. D*
 28 *pr. sunt*] sunt quidem *D*

8 non est *om. D*

20-21 *Capitulum . . .*

24 suscipiet] suscipiat *D*

15 vel simpliciter

substantialis *om. F*

27 vero] quedam *F*

super quartum *Celi et Mundi* hoc idem demonstrat ; quoniam si caliditas ignis potest per corrupcionem remitti secundum partem aliquam, stante forma substanciali integra, eadem ratione si remittatur secundum aliam partem, et terciam, et
 5 omnis remanebit substancia ignis illesa non remissa. Ergo posset propria passio corrumpi totaliter, subjecto manente in actu, quod est impossibile ; quare remissionem accidentis sequitur remissio substancie subjecti sui, et ita ad intencionem accidentis in generatione, oportet ponere quod simul tempore
 10 sit intencio substancie. Item mixtio contrariorum elementorum, ut fiat mixtum ex eis, fit per remissionem miscibilium in unam naturam compositam ex eis. Set si nichil remitteretur nisi accidens ex parte eorum, nullum compositum generaretur nisi accidens, ergo generacio mixti non esset
 15 generacio substancie, set solius accidentis, quod est impossibile. Quapropter cum substancia | mixta generatur, oportet F. 110 a 2. quod miscibilia remittantur in substanciis suis, set eadem natura miscentur et generantur adinvicem, ergo quando unum transmutatur in aliud, ut aqua in ignem, ibi | erit remissio
 20 substancie sicut accidentis, et ideo alterius substancie generacio. Quod si obiciatur Aristoteles in *Predicamentis*, quod substancia non suscipit magis et minus ; dicendum quod secunda substancia potest comparari ad primam in qua due prime vel plures conveniunt, et sic tota substancia illa secunda
 25 et totaliter est in qualibet prima, ut animal in hoc animali et illo, et homo in isto et illo. Et hoc dicit Boecius in 3^o libro *Commentarii super Periarmentias*, et ideo Aristoteles dicit in *Predicamentis* quod unus homo non est magis homo quam alius, et sic solum intendit Aristoteles quod substancia
 30 non suscipit magis et minus.

Aliter potest substancia universalis considerari in linea

1 *Celi et Mundi*] iv. com. 32.

21 *Predicamentis*] c. de substantia.

1 quoniam] quod D
 D 10 mixtio] mixtum D
 substanciis] naturis et substanciis D
 majus D quod] quoniam DF
 aut D

3 substanciali] substanciali non remissa set
 11 ut fiat] ubi D : ubi fit F 17 sub-
 18 quando] quod F 22 magis]
 23 qua] quantum D : quam F 30 et]

sue generacionis, et singularis in sua prout ipse vadunt de
 D. 64 a. potencia ad actum, et sic cum | hic exitus fit per multas
 dispositiones precedentes ultimum complementum forme sub-
 stancialis in esse, que dispositiones ut prius ostensum est,
 non possunt esse accidencia set gradus substancie; oportet 5
 quod tam prima substancia quam secunda suscipiant inten-
 tionem et remissionem in generacione et corrupcionem. Et sic
 Aristoteles intendit in 7^o *Phisicorum* et octavo *Methaphisice*,
 ut probatum est. Eciam si substancie prime considerentur
 secundum se sub suo universali, ut duo asini individui, vel 10
 duo leones, differunt secundum nobilius et vilius, et secundum
 gradus, et est unum individuum maximum in specie qualibet
 quod est nobilius omnibus aliis, scilicet, in quo sub ultimo
 complemento reperiatur materia propria et forma individuorum,
 quia unum est nobilioris complexionis quam alterum, 15
 et habet animam nobiliorem et corpus similiter. Hoc bene
 assero in omnibus preterquam in homine de quo est major |
 70 b 2. questio propter animam rationalem, cum tamen a parte comple-
 xionis sit intensio vel remissio, et hec patent per Aristotelem
 ex 13^o *Methaphisice* et libro *De sensu et sensato* in quo inter 20
 individua ejusdem speciei ponitur unum et minimum, et
 Aristoteles exemplificat de hominibus sicut de equis et aliis.
 Substancie autem universales adinvicem comparate sub genere
 suo, ut patet, differunt penes gradus nobilitatis, quia ex
 3^o *Methaphisice* et 10^o manifestum est quod omne genus di- 25
 viditur in duas differencias specificas, quarum una est nobilior
 alia, et se habet per modum habitus, reliqua per modum
 privacionis. Unde animal rationale est nobilius quam animal
 irrationale, et ideo vult in decimo *Methaphisice* quod in omni
 genere est unum primum et maximum quod est nobilius aliis. 30
 Si vero obiciatur quod magis est quod habet minus de con-

20 *Methaphisice*] xiii. c. 3. 25 *Methaphisice*] iii. 10. x. 13. 29 *Methaphisice*] loc. cit.

4 ostensum] dictum *D* 11 differunt] differant *F* 14 complemento]
 complimenti *M* forma] forma propria *F* 16 Hoc] Hec *DF* 19 in-
 tensio vel] tam intensio quam *F* 20 13^o] 10^o *F* 23 Substancie autem]
 Set habeant *F*

trario, et minus quod habet magis, ut dicitur 5^o *Phisicorum*; et in substanciis non est contrarietas, ut dicit Aristoteles; patet quod non est ibi contrarietas formarum vel naturarum circa idem subjectum constitutum in actu specifico ut in
 5 qualitate, sicut albi vel nigri circa Socratem. Est tamen ibi contrarietas formarum et naturarum substancialium circa subjectum, quod est ens in potencia et non in actu, quod est res alicujus generis, vel individui ejus quod est materia naturalis. Prima igitur negat Aristoteles a substancia in *Predica-*
 10 *mentis*, set non aliam, quoniam in fine *De Generatione* et primo *Phisicorum* dicit substanciam esse contrariam substancie, et in genere substancie esse unam contrarietatem primam.

Capitulum 3^m. de successione generacionis forme substan-
 15 *cialis.*

Set si ita sit, tunc specialiter sequitur dubitacio de ipso exitu materie de potencia ad actum qui est generacio | et 71 a 1. concluditur ex dictis quod ipsa fit successive, et sit motus non mutacio. Si enim hic exitus currat super gradus inten-
 20 tionis nature substancialis, quorum quilibet ad alium additur, oportet quod sit successio in hoc exitu, et tempus. Et ideo Aristoteles dicit 16^o *De Animalibus* quod prius tempore est animal in embrione quam equus, et in 6^o *Phisicorum* probat de generacione et corrupcione sicut de alteracione
 25 et loci mutacione et augmento et diminucione, quod ad divisionem temporis in infinitum accidit divisio generacionis | et D. 64 b. corrupcionis et e contrario. Et in eodem 6^o probat | quod F. 110 b 1. nulla virtus finita agit in instanti, quia tunc major virtus potest agere in minori, et hoc patet ex 8^o *Phisicorum* in

1 *Phisicorum*] v. 10.
 Animalibus] *de Gen.* ii. 3.

11 *Phisicorum*] see i. 52 and 50.
 29 *Phisicorum*] viii. 69. 86.

22 De

4 actu] esse *M*
 10 non] non solum *D*
 supra *F*
 posset *DF*

5 Sor, Sortis *pro* Socrates, *hic et ubique* MSS.
 14 Capitulum . . . substancialis *om.* *F*
 22 16^o] 26^o *D*
 19 super]
 29 potest]

fine, quoniam proprium est infinite virtutis agere in instanti, et ideo si virtus finita ageret in instanti, essent equales et haberent saltem comparacionem, quod est impossibile. Set natura agens est virtus finita, ergo non producit formam substantialem in instanti. Si vero dicatur quod Aristoteles 5 dicit in 5^o *Phisicorum* quod generacio non est motus set mutacio, dicendum est quod motus sumitur dupliciter, uno modo pro omni transmutacione successiva, et sic cadit motus in diffinicionem temporis, cum dicit quod tempus est numerus motus secundum prius et posterius, unde motus, ut cadit in 10 diffinicionem temporis, est propriissime motus, et hec est prima significacio motus et principalis. Et ideo cum generacio dividitur secundum divisionem temporis, oportet quod generacio sit motus, id est, transmutacio successiva. Set in 5^o *Phisicorum* aliter accipitur motus et equivoce, scilicet, pro transmutacione 15 que est a subjecto in subjectum, ut ibi dicit, et hoc est dictum a subjecto in actu et affirmato, ad subjectum idem numero et specie in actu et affirmatum, ut in alteracione ab albo 71 a 2. in nigrum fit | transmutacio a Socrate albo in Socratem nigrum, et in loci mutacione a Socrate existente sursum ad 20 Socratem factum deorsum; et in augmentacione a Socrate parvo in Socratem magnum. Set in substantia non est sic, quia ibi est transmutacio a subjecto in potencia ad subjectum in actu, ut a genere in speciem, seu a materiali principio usque in esse specificum, quod est terminus generacionis. 25 Non enim est ibi transmutacio a Socrate in Socratem, nec ab aliquo in actu ad aliquem in actum, set a potencia in actum. Et sic motus sumptus est specialior quam prius, artatur enim transmutacio successiva ad subjectum in actu specifico. Set mutacio opposita primo motui est in instanti, 30 nullam habens successione[m] sicut ille motus. Set mutacio

6 *Phisicorum*] v. 8.

14 *Phisicorum*] v. 56.

3 haberent] haberet *D* Set] Si igitur *F* 6 5^o] 7^o *F* 12 et principalis
om. M 13 divisionem] diffinicionem *D* 14 motus] verissime motus
DF id est] et *F* 22 substantia] subjecto *F* 23 potencia]
potenciam *F* 28 sic] sic alteracio *D*: sic in alteracione *F* 29 artatur]
apptatur *F* 30-31 primo . . . habens] tali motu habet *D* 30 primo] tali *F*
31 sicut ille motus *om. F* Set mutacio . . . successiva *om. D*

opposita secundo motui est successiva, et ideo non est illa mutacio in instanti set in tempore, et hec mutacio est generacio vel corrupcio. Si dicitur quod generacio est mutacio a contradictorio in contradictorium, et inter contradictoria
 5 non est medium, ergo, non sunt gradus medii in quibus currat motus, set solum erit exitus ab uno contradictorio in aliud, dicendum quod ens in potencia, quod vocatur non ens respectu entis in actu specifico, non est purum extremum contradic-
 10 in potencia, et tale non ens non est subjectum generacionis, nec ab eo itur ad ens, nec est aliqua transmutacio naturalis a non ente sic ad ens. Creacio enim est a non ente puro ad ens, set generacio est a non ente in actu specifico, quod est ens in actu generali; et ideo utrumque extremum gene-
 15 racionis est vere ens, et cadunt sub uno extremo contradiccionis, scilicet, sub affirmacione, in qua affirmacione, quia multi 71 b 1. gradus sunt inter incompletum et completum, currit generabile successive per transmutacionem que est generacio, et ideo generacio est motus. Et cum solebat obici quod nos
 20 videmus gravia et levia successive ferri propter resistenciam medii, quia si esset vacuum et nulla resistenciam fieret transmutacio in non tempore et in instanti, quia vacui ad plenum non est proporcio, ut arguitur 4^o *Phisicorum*; set in exitu de potencia ad actum: non est resistenciam aliqua, quia perficitur
 25 potencia per actum; dicendum est quod nos videmus quod motus celi fit cum successione, licet non sit resistenciam in hoc motu, et ideo motum simpliciter non facit resistenciam set spacia divisibilitas in motu locali, vel magnitudo in aug-
 30 alteracione, et substancialis in generacione et corrupcione. Quod autem obicit de vacuo; dicendum est quod quantum est de racione vacui fieret transmutacio in instanti, si aliqua

23 *Phisicorum*] iv. 71, 72.

1 est successiva] in successione sicut ille motus *F* 6 aliud] alium *M*
 9 quod] que *DF* actu] in actum *F* 13 generacio *om. F* 20 successive
 ferri] successione fieri *D* ferri] fieri *F* 21 esset] fieret *F* 24 non
om. M 27 hoc] illo *D*

posset fieri in vacuo, quia vacuum non habet resistenciam debitam que est in pleno, que resistencia moderata facit motum

F. 110 b 2. non simpliciter | set naturalem, et ideo cum vacui ad plenum
 nulla est proporcio quantum ad hanc proprietatem densitatis
 medii, sequeretur sub hac racione quod transmutacio in vacuo 5
 naturalis non fieret in tempore. Est tamen motus racione
 divisibilitatis spacii in vacuo, quia posuerunt vacuum esse
 spacium dimensionatum, et quod esset divisibilitas in trans-
 71 b 2. mutacione facta in vacuo et ita successio, quamvis non esset
 motus naturalis rectus, ut Aristoteles solum concludit propter 10
 defectum proporcionis vacui ad plenum in proprietate naturali
 ipsius medii, que est aliqua densitas, nec omnino cedens nec
 omnino resistens. Set prius tamen ostensum est quod neque
 motus neque mutacio potest fieri in vacuo, quia non cedit
 corpori. Si vero dicatur quod Avicenna dicit 3^o *Phisicorum* 15
 quod substantia corrumpitur et generatur subito, et quod
 non est motus nec successio in ea, et nec suscipit magis nec
 minus, et hoc nititur declarare; dicendum quod in prologo
 libri *Sufficiencie*, qui est de omnibus partibus philosophie,
 cujus liber *Phisicorum* est una pars, dicit quod in isto libro 20
Sufficiencie sequitur opiniones aliorum per totum, et non est
 secundum ejus sentenciam, et ideo non est mirum si aliqua
 falsa contineantur, sicut in libris quos recitat Algazel de
 logicalibus, naturalibus, et methaphisicis, ad imitationem libri
 Avicenne, de quibus Algazel in prologo librorum illorum 25
 asserit quod omnia que recitat in eis sunt secundum opinionem
 aliorum, in quibus dicit multa contineri que vult reprobare
 et aliter exponere in libro suo *De controversia philosophorum*.
 Ceterum Avicenna dicit in eodem prologo quod postea voluit
 facere librum *Dependencium*, quod sit glosa hujus libri *Suffi- 30*
ciencie; ex quo patet quod non est confisus in isto libro.
 Set precipue hoc manifestum est ex eodem prologo, ubi

15 Avicenna] *Suff.* ii. c. 3.
 Algazel] not in printed text.

21 Sufficiencie] *Kitab-al-Shifa*.
 30 Dependencium] *Kitab-al-Najät*.

2 debitam] propriam debitam *DF*
 4 nulla est proporcio *om, D*
 falsa ibi *F*

3 naturalem] naturalem et rectum *F*
 21 aliorum] Aristotelis *F*

27 multa] multa falsa *F*

23 falsa]

postea dicit hec verba : ' est autem alius liber preter hos duos
 in quo posui philosophiam secundum id quod ejus est in
 natura et secundum id quod exigit opinio pura, non obser-
 vando semitam aut partem | ad quam declinant participes in ^{72 a 1.}
 5 arte, neque formidando a suarum ictibus lancearum, hoc quod
 fuit in aliis formidatum, et hic est meus liber in *Philosophia
 Orientali.*' Sapientissimus | enim philosophorum post Aristo- ^{D. 65 b.}
 telem scivit quod propter invidiam et superbiam multorum,
 et impericiam vulgi, oportebat eum loqui ut plures in edicione
 10 vulgata, quamvis cum paucis sciendum sibi foret in secreta
 philosophiæ doctrina. Sic enim Aristoteles ejus magister
 edidit vulgatas scripturas de partibus philosophiæ preter illas
 quas in armariolis retinuit sinceriora sapiencie secreta, ut vult
 Tullius 5^o *Achademicorum* libro. Et ideo non debent Avi-
 15 cenne ascribi que recitantur in libro *Sufficiencie*, quia recitator
 est ibi sententiarum philosophiæ vulgaratarum, absque eo quod
 determinet in eo quid sit tenendum et quid non; quod in
 libro *Dependencium* fecit, et maxime in *Philosophia Orientali*,
 ubi puram philosophiæ veritatem determinavit. Et ideo per
 20 libros Avicenne de philosophia vulgatos nunquam debet
 argui tanquam per auctoritatem Avicenne, quia ipsemet eis
 suam denegat auctoritatem tanquam aliorum sententiarum
 recitator. Et hoc omnino considerandum est pro libris qui
 Avicenne ascribuntur et Algazeli, quoniam eis non sunt
 25 ascribendi nisi tanquam recitatoribus non auctoribus, sicut
 ipsimet volunt in prologis illorum librorum. Set illi prologi
 vulgo sunt invisī, propter quod errat circa auctoritatem illorum
 librorum, et tunc utitur eis tanquam auctoritate Avicenne
 et Algazelis essent stabilita. Et magnum inconveniens
 30 oritur ex hoc, quoniam alique graves falsitates recitantur in ^{72 a 2.}

6, 18 *Philosophia Orientali*] Al-Hikmat al-Mashriqiyyat. No MS. known.
 See Lexicon Haji Khalfae (Flügel, iii. 104). The note is not in any of the printed
 editions, Latin or Arabic. 14 Tullius 5^o *Achademicorum*] *De Finibus* v. 4, 5.

1 alius] alius mihi *F* 2 philosophiam] phisicam *F* 5-6 hoc . . .
 formidatum *om.* *F* 10 secreta] recta *M* 12 illas] has *D* 13 sinceriora]
 interiora *D* 17 in eo quid sit] hoc ibi sic *D* 21 eis] ei *F* 23 qui]
 que *F* 24 ascribuntur] attribuuntur *D* 27 invisī] amisi *D* 28 tunc
om. *F*

istis libris, et vulgus accipit ea pro veris propter hoc quod auctoritati Avicenne et Algazelis hoc ascribit. Unde, precipue in naturalibus et methaphisica sunt errores aliqui qui sunt omnino vitandi, sicut in naturalibus de generacione substancie et in methaphisica de produccione universi secundum ordinem intelligenciarum, et de pena animarum post

F. III a I. hanc vitam, quamvis pauca sunt iste falsitates | in enarrabilibus et pulcherrimis veritatibus constipate, et magnificis secretis philosophie interposite. De logicalibus autem et partibus mathematice in nullo dubitandum est, quin eorum auctoritati et sentencie possunt ascribi, quia in talibus apud sentencias philosophorum vulgatas error non reperitur nec diversitas, ut dicit Algazel, et ideo eas approbant et confirmant.

Capitulum 4^m. de mensura ultimi esse termini a quo. 15

Postquam habitum est quod successio temporis exigitur in generacione substancie, tunc gravius oritur contencio de mensura ultimi esse ipsius termini a quo; an debeat esse in instanti aliquo, an in aliqua parte temporis. Similiter, de instanti quod habet mensurare finalem corrupcionem termini a quo, et complementum generacionis termini ad quem. Et fuerunt hic tres principales opiniones. Una dicebat quod in instanti, quod est finis temporis mensurantis generacionem termini ad quem et corrupcionem termini a quo, sit ultimum esse ipsius termini a quo, in quantum est finis preteriti temporis dicti. Et cum idem instans sit principium alterius temporis

D. 66 a. quod habet continuare esse termini ad | quem, | dicit hec opinio
72 b I. quod in eodem illo instanti fit finalis corrupcio termini a quo et completa generacio termini ad quem, in quantum illud instans est principium temporis sequentis, et ita potest mobile, seu materia generacionis et corrupcionis. esse simul in eodem instanti sub utroque termino, ut simul sit aqua et non aqua, et aqua et ignis, albus et non albus, et albus et niger, et contradictoria verificari, quia instans habet rationes diversas hinc

1 istis] illis DF 3 methaphisica] mathematica DF 4 vitandi]
recitandi D 12 nec . . . Algazel om. DF 15 Capitulum . . . quo om. F
22 principales om. F

inde. Et pro hac opinione allegatur quod Aristoteles dicit
 4^o *Phisicorum*, quod instans, ut est finis preteriti et principium
 futuri, habet diversitatem qualem habent duo puncta in
 duabus extremitatibus unius linee, ergo duo sunt instancia
 5 in quantum considerantur finis preteriti et principium futuri, et
 hec diversitas nascitur in instanti propter fluxum temporis et
 esse ipsius, quia non habent esse stabile sicut linea et punctus.
 Punctus enim inter partes linee fixus est, set instans fluit, et
 ideo alterum et alterum est, ut Aristoteles dicit, quapropter
 10 ponunt quod non est inconveniens quod in tali instanti sint
 contradictoria vera.

Set hoc est contra sententiam Aristotelis in VIII^o *Phisi-*
corum ubi solvit hanc disputacionem dicens quod illud instans
 est totaliter posterioris passionis, et quod nullo modo est mobile
 15 sub termino a quo in illo instanti. Deinde primum principium
 falsificaretur, scilicet, quod de nullo simul affirmacio et negacio.
 Set de quolibet alterum tantum, quia si in instanti possent esse
 simul vera, multo forcius in tempore quolibet, ergo non posset
 principium, quod est verissimum, habere veritatem. Et maxime
 20 non possunt esse simul in eodem instanti, quoniam major est
 divisibilitas et diversificacio temporis penes partes et esse 7^a b 2.
 quam instantis. Et in nullo tempore dato contingit dicere
 quod res simul est et non est, et quod contradictoria verificentur
 simul, nec isti hoc dicunt qui istam fantasiam cogitaverunt,
 25 quapropter multo magis nec in instanti, licet habeat diversita-
 tatem predictam. Ceterum tempus futurum non pertinet ad
 transmutacionem de qua loquimur, set solum preteritum
 tempus. Tempus enim futurum respondet continuacioni esse
 ipsius termini ad quem, non generacioni ejus, quoniam si non
 30 esset futurum tempus sequens illud instans ita quod solum
 esset instans terminus preteriti, compleretur generacio termini
 ad quem et corrupcio termini a quo. Quapropter corrupcioni

2 *Phisicorum*] iv. 90 sqq.12 *Phisicorum*] viii. 69.

1 opinione] racione *F* 7 *pr.* esse *om.* *F* habent] habet *F* 10 quod
 non *om.* *D* sint] sicut *F* 18 vera, multo forcius] multo magis *F*
 21 diversificacio] diversitas *D* 22 instantis] instans *F* et] set *F*
 29 quoniam] quod *F* 30 ita] in *F* 31 compleretur] completur *F*

termini a quo et generacioni termini ad quem respondet instans, ut est finis preteriti, ergo ei sub tali racione non respondet ultimum esse termini a quo, quare ultimum esse termini a quo non mensurabitur instanti quod est finis temporis, et ideo mensurabitur ipso tempore precedente. Et ex hoc patet quod 5 ratio istius posicionis non habet hic locum, quia in transmutacione generacionis et corrupcionis non operatur instans, ut est principium futuri, sic enim facit ad continuacionem esse ipsius termini ad quem, et non habet respectum ad ejus generacionem aliquo modo. Et proculdubio diversitas illa 10 instantis non sufficeret ut in eodem instanti essent simul contradictoria vera, quia diversitas ejusdem temporis que major est diversitate instantis non sufficit; immo oportet quod in D. 66 b. uno tempore diverso sit albus et in alio | non albus. Nullus F. 111 a 2. enim de tempore aliquo concederet contradictoria | esse in eo 15 73 b 1. vera, nec illi qui hanc stulticiam fabricaverunt ausi | fuerunt nec potuerunt istud dicere, quia tunc tota veritas principii primi periret, nec enim verificari posset in tempore nec in instanti, et ideo nunquam haberet veritatem. Et istud magis patebit ex secunda posicionem cujus veritas destruit illam. 20

Ponitur igitur ab aliis quod corruptio successiva termini a quo fit in aliquo tempore, et quod in instanti, quod est terminus illius temporis, fiat corruptio finalis, ita quod non sit dare aliquod instans in quo dicatur ultimus terminus a quo, set solum aliqua pars temporis mensurantis totam corruptio- 25 nem. Ponitur eciam quod in eodem tempore numero sit generacio successiva termini ad quem, et in instanti dicto compleatur generacio, et sit in eo ultimus exitus in non esse termini a quo et exitus primum in esse termini ad quem. Et ita, in illo instanti jam corruptum est et jam generatum 30 est; ita quod finis motus corrupcionis est in eo, et finis motus generacionis, qui fines non habent nomen, set vocantur motum esse et corruptum esse et generatum esse. Et ponitur tunc juxta hoc quod motus corrupcionis et genera-

3 quare ultimum . . . a quo] et ita *D*: om. *F* 5 mensurabitur] mensurabilis *M* 13 diversitate instantis om. *D* 14 non albus] sit niger *D*
 17 istud] illud *F* 23 fiat] fit *D* finalis] finalis termini a quo *D*
 24 ultimus terminus] ultimum esse termini *D*: alterius esse terminus *F*
 28 in non] et non *F* 29 exitus primum] ultimus exitus *DF. M corr.*

cionis durant in toto tempore dato usque ad instans exclusive, et quod esse termini a quo mensuratur illo tempore et non aliquo instanti, et per totum illud tempus denominatur mobile sub esse termini a quo. Quia Aristoteles dicit, 5^o *Physicorum*, oportet esse quod corrumpitur secundum quod corrupcionem dicit motum, et similiter in 8^o *Physicorum*, dicit quod in tempore illo toto mobile dicitur esse sub termino a quo, set secundum quod dicit mutacionem, sic est in instanti. Et mobile dicitur esse sub non esse termini ad quem toto illo tempore, quamvis semper aliquid adquiratur de esse ejus, set quia nondum habuit complementum essendi, set est in via et motu semper ad terminum, ideo non denominatur a termino ad quem | sicut a termino a quo, quem complete habuit et 73 a 2. possedit in quiete. Omnia igitur hec probantur sic. Corruptio 15 finita est, et ideo completur in tempore finito aliquo. Sit illud A, ita quod ultra ipsum A finitum non expectetur aliud tempus nec instans quod deserviat corrupcioni, quia si aliud tempus exigeretur cum A, tunc ponamus illud tempus aggregari cum A, ut fiat tempus equale corrupcioni precise, et illud 20 adhuc vocetur A. Non enim querimus nisi tempus precisum corrupcionis, nec preter tempus finitum A oportet requirere aliud instans quam finem suum, quia illud instans erit terminus alterius temporis quod non pertinebit ad corrupcionem; ergo, nec finis ejus a parte ante, quod est illud instans secundum 25 falso assignatum a vulgo, quod ponit duo instancia. Illud enim instans secundum, quod est principium secundi temporis sequentis, diversum a fine temporis precedentis, non posset habere respectum ad corrupcionem nisi per tempus cuius est principium, quia instans non queritur, nisi propter tempus, non 30 enim potest esse tempus nisi finiatur, et ideo instans requiritur. Nec posset corruptio transire ultra finem sui temporis, quoniam coequatur ei, et ideo non attingit ad aliquod instans extra

5 *Physicorum*] v. 4.

6 *Physicorum*] viii. 62.

1 dato *om. D* 3 illud *om. D* 5 secundum] esse secundum *D* 6 corrupcionem] corruptio *MD*: corpus *F* 8 instanti] instanti dicto *DF* 9 ad quem] a quo *M* 10 tempore] termino *D* ejus *om. M* 16 expectetur] exigatur *DF* 17 deserviat] terminet *D* 23-1 (p. 254) ergo . . . suum *om. D* 24 secundum] secundo *F* 25 a vulgo . . . instancia *om. F* 27 non] ideo non *F*

tempus suum. Corrupcioni igitur respondet tempus A finitum et nichil aliud. Set finis temporis est instans, et a parte una non potest habere nisi finem unum, ergo hoc tempus A non potest habere nisi unum instans a parte post, sicut una linea habet unum punctum a parte una. Sit igitur illud instans C; 5

D. 67 a. in tempore sunt | duo, sic in transmutacione ei respondente sunt duo, scilicet, aliquid successivum in utraque parte, et aliquid |
73 b 1. indivisibile similiter. Sicut enim essentia temporis successiva se habet ad corrupcionem successivam, sic finis temporis ad 10 finem corrupcionis; ergo sicut tota corrupcio successiva est in toto tempore, sic indivisibile seu finis corrupcionis, quod est corruptum esse seu ultimus exitus in non esse, erit in fine temporis; ergo in C corruptus est finaliter terminus a quo et complete non est, ergo in eodem C non potest dici quod sit. 15

F. III B I. Quare pro C non contingit | dicere nunc ultimo est terminus a quo; nec est ibi aliud instans, ergo non contingit dare aliquid instans in quo ultimo est terminus a quo. Set si dicamus 'nunc ultimo est', erit ergo pro aliqua parte temporis ultima que per intellectum potest accipi per divisionem totius A 20 temporis in aliquot partes aliquotas, ut medietates vel tercias vel quartas vel quot volumus, et ita patet primum quod suppositum est, scilicet, quod corrupcio finalis termini a quo est in fine temporis mensurantis corrupcionem ipsam successivam, ut non contingat dare aliquid instans in quo contingat dicere, 25 'nunc ultimo est terminus a quo,' set solum aliqua pars temporis mensurantis totam corrupcionem.

Secunda veritas istius posicionis est quod generacio successiva termini ad quem est in A tempore, et finis generacionis est in fine temporis, scilicet in C, ita quod in instanti C 30 generatum est, et fit ultimus exitus et completus in esse termini ad quem. Et primo patet quod, dum fit corrupcio successiva, fit generacio successiva, et dum fit ultimus exitus in non esse termini a quo, fit ultimus exitus in esse termini ad quem.

1 respondet] respondebit D 6 finito] om. D 8 in] ex F
9 Sicut enim] Set sicut F 13 seu . . . esse om. F 15 sit. Quare]
sic queritur F 16 nunc] cum F 19 ergo] hoc DF' 22 quot
volumus] quotlibet volueris D; quotlibet voluimus F ita om. F 31 genera-
tum est] om. D 33 in] et F

Quia Aristoteles probat in 6^o | *Phisicorum* quod omne quod ^{73 b 2}
 movetur partim est in termino a quo et partim in termino ad
 quem. Quam citius enim amittit partem termini a quo,
 recipit partem termini ad quem, ergo quam cito aliquid
 5 termini a quo corrumpitur, tam cito aliquid termini ad quem
 generatur, et sic de singulis partibus eorum. Ergo, dum totus
 terminus a quo corrumpitur, generatur totus terminus ad quem.
 Item, si non simul fierent corruptio termini a quo et generatio
 termini ad quem, tunc vel generatio prederet corruptionem,
 10 quod est manifeste falsum, quia contraria essent simul in actu
 in eadem materia, vel sequeretur in alio tempore post corru-
 ptionem termini a quo, quare materia naturalis continuo et
 successive amitteret unum contrariorum non recipiendo aliquid
 de altero, ergo in fine corruptionis esset vacua utroque con-
 15 trariorum, quod est contra Aristotelem et impossibile, quoniam
 semper est sub altero contrariorum, vel sub utroque mixtim et
 secundum partes, quia materia hec est res alicujus generis que
 semper est sub altera differentia specifica, vel sub esse com-
 posito ex utraque. Quapropter materia dum amittit per
 20 viam corruptionis terminum a quo simul recipit terminum ad
 quem.

Et quia sicut se habet generatio termini ad quem ad
 corruptionem termini a quo, sic generatum | esse ad corruptum ^{D. 67 b.}
 esse; erunt generatum esse et corruptum esse simul, sicut
 25 generatio et corruptio sunt simul. Set simul hic vel dicit in-
 divisionem ejusdem temporis in quo sunt hec corruptio et hec
 generatio et indivisionem ejusdem instantis in quo sunt gener-
 atum et corruptum esse, et sic habetur propositum, vel dicit
 concomitanciam diversorum temporum in quorum uno est
 30 corruptio et in alio generatio, et similiter concomitanciam
 duorum instancium, in quorum uno est | corruptum esse et in ^{74 a 1.}
 alio generatum esse. Set hoc est impossibile; ergo reliquum

1 *Phisicorum*] vi. 7.

4 quam] cum *F* 10 manifeste falsum] manifestum *F* 11 in eadem
 materia *om. F* in alio] generatio in alio *F* 12 continuo] continue *D*
 13 unum contrariorum *om. D* 20 terminum *bis*] aliquid termini *D* 28 pro-
 positum] oppo^m *F*

est necessarium. Et quod hoc sit impossibile patet, quia Aristoteles determinat expresse in 4^o *Physicorum*, et Avicenna, et Averrois, quod non possunt duo tempora simul esse, nec duo instancia. Unde duo menses simul esse non possunt, nec duo anni nec duo dies nec due hore; et hoc demonstratum 5 est superius. Set quia hic proprie accidit infinitus error ex ignorancia hujus demonstracionis, ideo volo hic eam presentibus assignare. Omne dimensionatum ex parte ea qua dimensionatum est, licet excludat aliud, tamen a parte ea qua non est dimensionatum, non excludit aliud, ut possumus videre de 10 simul loco, quia enim corpus undique dimensionatum est, ideo undique excludit aliud, set superficies secundum profundum non excludit aliud, quia sic est indivisibilis et indimensionata, et ideo possent infinite superficies esse simul loco secundum profundum, quamvis secundum longum et latum excludant se 15 mutuo, sunt enim hiis modis dimensionate. Linea vero secundum profundum et latum non habet dimensionem, et ideo non excludit aliam secundum latum et profundum, unde infinite linee possent esse simul | secundum has vias, quamvis secundum longum quelibet excludit quamlibet, 20 quia sic dimensionate sunt. Punctus autem, quia ex omni parte caret dimensione, oportet quod non excludat alios punctos quamvis infinitos, quia primus non habet unde a loco suo proprio excludat secundum, nec secundus tertium, et sic de infinitis. Quapropter similiter erit de simul duracione, 25 quod omne dimensionatum secundum hanc viam, licet excludat aliud secundum quod dimensionatum est, tamen ea

74 a 2. racione qua non est dimen|sionatum, a sua duracione non excludit aliud. Set omnis transmutacio successiva sive motus habet solum dimensionem linearem secundum dimensionem 30 spacii a priori in posterius in spazio. Set ista dimensio est solum per decursum a preterito in futurum, et non respectu

2 *Physicorum*] iv. 90.

1 necessarium] necessarium, scilicet, quod in eodem A etc. F 5-8 et hoc . . . assignare.] Et demonstratur sic. D: Et hoc demonstratur sic. F 10 aliud] aliquod F 13-15 non excludit . . . profundum om. D 14 possent] possunt F 15 excludant] excludat F 30 linearem] linearum F

presentis, quia preteritum respondet priori in motu et magnitudine, et futurum posteriori, quare secundum hanc viam solam excludet unus motus alium, et non secum compacietur, scilicet, per decursum a preterito in futurum, unde motus preteritus
 5 seu prior non excludit futurum, quapropter per comparacionem ad presens erit omnis motus indivisibilis et sine dimensione, et non poterit alium excludere. Ergo duo motus et tres et sic de infinitis debent necessario simul esse in eodem presenti, quapropter non possunt duo motus vel plures presentes habere
 10 plura tempora presencia, ergo nec duo fines motuum simul existentes possunt habere duos fines duorum temporum | vel D. 68 a. duo instancia, scilicet presencia. Quapropter in eodem presenti tempore numero erunt corruptio termini a quo et generacio termini ad quem, scilicet in A tempore, et in eodem instanti
 15 numero erunt corruptum esse finaliter termini a quo, et generatum esse finaliter termini ad quem, et hoc est propositum. Item, eadem accio numero habet eandem duracionem numero, set generans eadem racione et virtute producit unum contrariorum et destruit reliquum, non enim generans operatur
 20 una virtute circa produccionem termini ad quem et alia virtute circa corrupcionem termini a quo, nec diversas facit acciones simul, et ideo eadem virtute et accione producit unum et corrumpit reliquum, et ideo eadem | duracione numero, qua- 74 b 1. propter corruptio et generacio sunt in eadem duracione. Item
 25 non corrumpit nisi per accidens quia semper intendit esse primo et per se, set duracio accionis, scilicet naturalis, respondet sue intencioni, id est nature; ergo cum non intendit non esse nisi propter esse, et super ipsum esse solum fertur intencio sua primo et per se, tempus accionis erit per se mensura
 30 ipsius esse adquirendi. Set si essent duo tempora coequa, tunc tempus deberetur primo et per se corrupcioni sicut generacioni; set hoc esse non potest, sicut nec intencio nec accio nature, ergo oportet quod unum tempus numero sit utriusque set per se generacionis et per accidens corrupcionis. Et hoc est verum. Et

2 solam *om. F* 5 non *om. F* futurum] futurum seu posteriorem *F*
 6 sine] siue in *F* 12 scilicet presencia *om. F* 26 scilicet naturalis
om. F 27 id est nature *om. F* 30 adquirendi] adquirendi et
 per accidens non esse amittendi *DF* 34 et per accidens corrupcionis
om. M

ideo in illo instanti quod est finis tocius temporis mensurantis transmutaciones terminorum duorum simul concurrentes, dicendum est quod nunc est mobile sub termino ad quem complete et prius non fuit, et nunc non est sub termino a quo set prius fuit. Si ergo materia transmutetur ab aqua in ignem, dicam 5 quod in fine A temporis, quod est C, nunc primo est ignis quantum ad denominacionem completam et absolutam et prius non fuit; nunc non est aqua, set prius fuit, et istud prius non est aliquod instans, quia ante C et inter tempus A non fuit aliud instans, nec habet A duos fines, quapropter istud prius 10 est totum tempus A vel aliqua pars ejus aliquota signanda per divisionem temporis illius in partes tales apud consideracionem intellectus. Et hoc Aristoteles determinat in fine octavi *Phisicorum* manifeste, ubi ponit casum quod Socrates sit albus 74 b 2. et transmutetur ab albo in non album | seu nigrum, et sit hec 15 transmutacio in A tempore, et sit C ejus finis, sic enim ponit nomina. Dicit ergo quod Socrates est albus in toto A preterquam in ejus fine quod est C. Jam enim C est posterioris passionis, scilicet termini ad quem ut in eo jam Socrates sit non F. 112 a 1. albus et niger. Si | vero arguatur quod Aristoteles vult in 20 6^o *Phisicorum* quod si aliquid transmutetur in aliquo tempore transmutetur in quolibet ejus, set dum transmutatur est sub aliqua passione, ergo sub illa passione erit in quolibet ejus, et ita in fine ejus; verum est in quolibet, id est, in qua- D. 68 b. libet | parte ejus; et hoc vult in sexto: set non in quolibet 25 ejus, ita ut extendatur distribucio ad partem et terminum temporis; sic enim negat in octavo. In illo enim termino non est motus set jam motum est, et ideo nec illa passio set jam corrupta est, nec est finaliter. Si vero dicatur quod sicut contingit sumere primum in esse completo ejus termini ad 30

14 *Phisicorum*] viii. 69. 21 *Phisicorum*] vi. 36. 29 from 'nec est' *F* omits to p. 262, l. 16 'corrupcionem successivam', presumably a leaf of original.

2 simul] sunt simul *F* dicendum] Et dicendum *F* 11 signanda] aliquota signanda *F* 12 divisionem] dimensionem *D* 14 ubi] ibi *F*
 16 tempore] tempore, ut ponit *D* 19 eo] esse *D* 25 sexto] *FM* in *arg.* octavo 27 negat] notat *D* 28 nec] et non *DF*

quem, sic ultimum in esse incompleto ipsius termini a quo. ergo sicut contingit accipere primum instans mensurans primum complementum termini ad quem, sic ultimum ipsius termini a quo. Ergo dicetur pro aliquo instanti nunc ultimo
 5 est terminus a quo.

Set non nisi in C, ergo ultimum esse termini a quo est in C instanti. Dicendum quod cavillacio ista decipit multos in hac parte. Set considerandum est quod primum in esse termini ad quem est dupliciter, scilicet. ultima pars sui esse;
 10 ultima, dico, in execucione generacionis, cum tamen sit prima in intencione nature generantis. Aliter dicitur primum in esse termini ad quem, scilicet, mutatum esse sive generatum esse, quod est indivisibile, et terminus generacionis. Set terminus a quo non habet quantum ad suum esse talia duo
 15 distincta. Solum enim habet | unum quod respondet primo 75 a 1 in esse a parte termini ad quem, sicut enim terminus ad quem habet partem aliquam que ultimo acquiritur et prima in complemento et dignitate vocatur. Sic esse termini a quo habet ultimam partem jam dicte parti termini ad quem
 20 respondentem, scilicet, que ultimo corrumpitur et perditur, et de utraque parte concedendum est eas esse simul in eadem duracione, que est ultima pars temporis aliquota. quia partes esse ipsorum terminorum succedunt sibi invicem secundum partes temporis mensurantis corrupcionem et generacionem, et
 25 non sunt extra ipsam generacionem. Extra dico, ita quod non in fine ejus, finis enim temporis illius est extra essenciam successivam illius. Unde nulla pars termini ad quem acquiritur in instanti C, nec aliqua pars termini a quo amittitur in eodem, quoniam partes hee divisibiles sunt sicut partes
 30 temporis et ideo mensurantur partibus temporis. Sumendo igitur primum in esse termini a quo, ut dictum est, inveniemus ultimum in termino ad quem ei proporcionale, set nec illud est in instanti aliquo, set in parte temporis. Si A aliter accipiamus primum in esse termini ad quem, scilicet, pro generatum esse,
 35 quod est finis generacionis esse ipsius termini, scilicet, ad

r incompleto] completo *D* 6 in C] instans *D* 9 dupliciter] dupliciter
 uno materie *D* 14 talia] elementa *D* 25 ita quod non] quod *D*
 31 quo] quem *D* 32 quem] quo *D* nec illud *it. M*

quem, sic nullum ultimum per modum affirmacionis in esse termini a quo potest inveniri consimile et proporcionale primo in esse termini ad quem, quoniam esse termini a quo non vadit in perfeccionem et complementum essendi, sicut esse termini ad quem, sed vadit in deficiendo continue usque quo totaliter deficiat, et ideo nullum ultimum in esse termini a quo post corrupcionem que motus est potest reperiri. Set magis ultimum in non esse ad quod terminatur corrupcio successiva, unde ex hac parte debet non esse ipsius termini a quo assimulari esse termini ad quem, quia sicut generacio termini | ad quem currit super esse ejus, sic corrupcio que hic simul est, currit super non esse termini a quo. Et ideo debet hic comparari non esse termini a quo ad esse termini | ad quem, quia natura intendit hic per corrupcionem adquirere non esse termini a quo, sicut per generacionem adquirere esse termini ad quem. Et in hoc non esse inveniemus duo que respondent duobus a parte esse termini ad quem. Quia quando primo inducitur aliquid de esse termini ad quem, simul adquiretur de non esse termini a quo ; et sic currunt per successionem donec in executione generacionis veniatur ad ultimam partem esse ipsius termini ad quem, que est prima dignitate et complemento et primo a natura intenta. Et similiter fit in executione corrupcionis, donec veniatur in ultimum non esse termini a quo, quod est primum in intencione nature corrumpentis, et ista duo seu ultima seu prima, ut expositum est, sunt simul, set non in eodem instanti set parte temporis minima que potest accipi secundum naturam. Similiter secundum quod primum in esse termini ad quem vocatur generatum esse et finis generacionis, quod est indivisibile et in instanti C, sit primum in non esse, quod est corruptum esse finaliter et finis corrupcionis, est in eodem instanti C, et ideo patet quod deceptio magna accidit et turbans multos, propter hoc quod male accipitur ultimum a parte termini ad quem. Illud enim C a quo ultimum in executione seu primum intencione, quod respondet generacioni, dupliciter debet accipi, in non esse termini a quo, et non in esse ejus, ut patet ex dictis. Si vero dicatur quod si instans quod est finis temporis mensurantis

non esse termini ad quem, debeatur ultimo exitui | ejus in 75 b 1.
 esse, seu ei quod vocamus generatum esse, tunc si trans-
 mutetur a non esse motus in esse ejus, dicendum est quod in
 instanti dicto sit esse primum ipsius motus, ergo motus erit in
 5 instanti, quod est impossibile. Et dicendum est quod sententia
 predicta solum tenet in permanentibus generandis non in suc-
 cessivis; et in generatione naturali de potencia materie nunquam
 producitur aliquid successivum nec motus set permanens, et
 ideo cessat hec objeccio.

10 *Capitulum 5^m. de differencia produccionis permanentium et
 successivorum.*

Et juxta hoc tunc possumus considerare quomodo sermones
 vulgares, quantum ad exitum in esse et non esse, habent
 verificari in permanentibus et successivis diversimode. Nam
 15 res permanens habet aliquod instans in quo finaliter et com-
 plete est, et non habet instans in quo finaliter non est ante
 esse, set aliquam partem temporis ultimam, qua minorem non
 potest natura capere, et ideo contingit dicere, 'nunc primo est
 et prius non fuit.' Set illud nunc est C instans, et finis tem-
 20 poris mensurantis non esse ipsius termini ad quem. Et illud
 prius est ultima pars temporis vel totum tempus cujus finis
 est C. Et ideo si proprie accipiatur incepcio in rebus perma-
 nentibus, dicendum est quod incepcio est in illo instanti,
 et tunc cum dicitur, 'homo incipit esse,' debet dici, 'nunc primo
 25 est,' id est, in C, et 'prius non fuit', scilicet, in ultima parte
 ipsius A, vel in A toto quantum ad esse absolutum, ut hic
 loquimur quod esse sequitur complementum existencie rei
 generande. Semper enim ante ultimum exitum, completum
 in esse denominabitur mobile a non | esse termini ad quem, D. 69 b.
 30 quia nondum exivit in esse, set est in via ad exitum. Nec
 adhuc possedit mobile quietem <in> esse | ipsius termini ad 75 b 2.
 quem, licet partes divisibiles ipsius esse adquirat omnes. Set
 esse non ponitur in specie et in actu nisi post motum et trans-
 mutacionem et per quietem mobilis in termino ad quem. Secure
 35 igitur potest dici in terminis permanentibus incipit esse quod

2 transmutetur] transmutacio D 6 generandis] generacionis D 28 exitum om. D
 31 possedit] possit D

nunc primo est pro C instanti, et prius non fuit pro tempore precedente vel aliqua parte temporis non pro instanti, si loquamur de inceptione que est instantanea. Set si loquamur de inceptione temporali et successiva, tunc res incipit esse quando prima pars ipsius esse acquiritur in principio generacionis, et tunc adhuc exponitur per posicionem de presenti et privacionem de preterito, ut nunc primo est et prius non fuit. Set quia in denominacione mobilis non prevalent partes esse termini ad quem ante ultimum exitum in esse, ideo proprie sumitur inceptio priori modo et non isto. Desicio vero similiter, propriissime sumpta, est instantanea et est corruptio finalis in C instanti, et ideo in permanentibus; cum dicitur, desinit esse, exponitur per privacionem de presenti et posicionem de preterito, ut nunc non est set prius fuit. Et illud nunc est instans finis temporis, et illud prius est tempus mensurans corruptiōnem successivam vel aliqua pars ejus, et est eadem pars que accipiebatur in inceptione, sicut instans idem est utrobique, quia inceptio est termini ad quem et desicio termini a quo.

Si vero loquamur de desicione que est successiva, tunc ejus principium est quando prima pars esse termini a quo corrumpitur, et tunc non exponitur per esse quantum est de proprietate desicionis, licet terminus ad quem sit, nec per non esse absolute, quia semper in denominacione mobilis prevalet esse termini a quo, quapropter non est regularis expositio secundum predicta. Set debet dici desinit esse, nunc primo declinat ad non esse, vel nunc primo amittit aliquid de esse, vel nunc primo recipit de non esse aliquid, et prius non declinavit, vel prius non amisit, vel prius non recepit. Quoniam vero, ut dictum est prevalet semper in mobili denominacio ab esse termini a quo usque ad corruptum esse, quia possedit illud in quiete et complete et moratur in ejus radicibus semper usque ad ultimum exitum, non dicitur proprie desicio nisi in fine temporis in quo finaliter corrumpitur terminus a quo et in-

16 *F* begins again.

2 precedente] presenti *D*
minus om. *F*

25 secundum om. *F*

34 a quo . . . ter-

ducitur terminus ad quem. Et ideo proprie loquendo debet
 exponi 'desinit' per privacionem plenam de presenti, et
 posicionem absolutam de preterito, scilicet, nunc primo non
 est set prius fuit, et hoc in permanentibus. Set in successivis
 5 inceptio potest magis proprie accipi pro prima parte temporis
 in qua est prima pars motus, ut incipit cursus. 'Nunc primo
 est et prius non fuit,' potest eciam exponi per negacionem
 de presenti, ut inceptio sit instantanea, scilicet, pro instanti
 ante primam partem motus sic. Incipit moveri, nunc non
 10 movetur, set postea movebitur. | Set prima expositio magis D. 70 a.
 evidens est, quia inceptio sonat in affirmacionem magis quam
 in negacionem. In permanentibus autem non oportet quod
 inceptio dicat primam partem temporis in quo continuatur
 esse rei, quia ejus esse prius totaliter adquisitum est in instanti,
 15 et ideo non exponitur in eis pro prima parte temporis ut
 in motu. Desicio vero, quia sonat in negacionem et defectum,
 ideo proprie est in instanti quod est finis temporis mensurantis
 motum, et ideo cum dicitur, 'desinit moveri,' sensus est, 'Nunc
 non est motus set prius fuit.' Nec potest aliquo modo exponi
 20 aliter hic, licet in permanentibus potest extendi expositio pro
 prima parte temporis in qua terminus a quo amittit primam
 partem sui. | Quia ibi est motus corrupcionis per se, vadens in 76 a 2
 non esse termini a quo, et corrumpens partes ejus, et ad hoc
 ordinatus, et ideo contingit sumere desicionem et defectum
 25 termini a quo successive et primum desicionis et defectus. Set
 in successivis non est motus corrupcionis aliquis ordinatus
 a natura, ut currat super destruccionem parcium motus, quia
 motus non est primo in aliquo tempore ut postea corrumpatur
 in alio tempore sicut permanens, set cum sua generacione
 30 deficit pars prior, adveniente posteriore; et hoc est de racione
 sui esse, quoniam habet partem post partem, et nullam cum
 alia in eodem tempore. Et ideo hec corrupcio successiva que
 accidit in motu non debet nominari corrupcio, quoniam inclu-
 ditur in sua generacione. Non enim potest habere esse aliter,
 35 et propter hoc non potest motus dici desinere, licet aliqua pars

2 plenam] primam plenam *F* 5 magis] magis satis *F* 9 nunc] nec *F*
 10 movebitur. Set prima] movebitur, scilicet, pro prima parte temporis in qua
 est motus. Prima tamen *D* 28 ut] nisi *F* 35 dici *om.* *F*

prior deficiat adveniente posteriori, quia hoc est de condicione sui esse et sue generacionis, et ideo desicio ejus et corrupcio non sunt nisi in instanti, quod est finis temporis mesurantis motum.

Capitulum 6^m. de reprobacione opinionis tercie circa exitum rerum in esse.

5

Si igitur omnia predicta sunt vera, tunc tercia posicio principalis in exitu rerum in esse, que, scilicet, ponit duo instancia diversa respondencia existenciis terminorum a quo et ad quem, non potest stare. Quoniam aut oportet ymaginari quod tempus generacionis et existencie termini ad quem sequatur tempus corrupcionis termini a quo, in quo tempore terminus a quo semper dicitur esse, licet continue deficiat, aut oportet quod hec tempora sint simul. Si primo modo, tunc terminabuntur per duo diversa instancia, et tunc sit primum tempus A, et C sit ejus instans finale, et secundum tempus sit
 76 b 1. B, et D sit ejus instans | iniziale. Si ergo diversa sint numero
 F. 112 a 2. hec instancia, sicut duo puncta | in diversis lineis, et due superficies in diversis corporibus, tunc secuntur duo inconveniencia. Unum est quod corrupcio successiva aut nullo modo terminaretur, aut terminabitur ad esse, quia sicut tempus mensura illius corrupcionis se habet ad suum terminum, sic corrupcio successiva ad suum. Set nichil respondet termino suo nisi esset instans finis temporis ei respondentis, set in illo instanti, dicit hec posicio quod terminus a quo habet esse, ergo corrupcio non terminabitur | nisi ad esse. Non enim contingit quod
 D. 70 b. corrupcio hec terminetur ad instans sequentis temporis, quia illud tempus est omnino aliud a mensura corrupcionis, et ideo ei impertinens, et finis corrupcionis, quod est corruptum esse, non esset ei conjunctus ea conjuncione que exigitur per naturam, quoniam terminus motus jungitur motui, sicut terminus temporis tempori, quare non potest terminus motus inveniri in alio instanti ultra terminum temporis mesurantis motum, quod instans sit in alio tempore numero. Cum illud instans secundum non sit terminus temporis mesurantis

1 quia] et F
 12 terminus a quo om. F
 30 terminus om. F
 4-5 de . . . esse om. D : Capitulum . . . esse om. F
 18 in] eciam F
 32 alio] alico F
 secuntur] sequentur F
 33 alio] alico DF

motum. Deinde sequeretur quod corruptio totalis et omnium
 parcium termini a quo fieret ante generacionem alicujus partis
 termini ad quem, et ideo esset mobile sine utroque contra-
 riorum, quod esse non potest. Si vero dicat hec posicio, duo
 5 tempora simul currere, scilicet, tempus mensurans terminum
 a quo et tempus mensurans terminum ad quem, que sunt
 diversa et ideo habencia diversa instancia in finibus eorum, sit
 A tempus mensurans esse termini a quo, et C ejus finis, B men-
 surans terminum ad quem, et D ejus finis; tunc si terminus a
 10 quo est in instanti C, sequeretur primum inconueniens predi-
 ctum, scilicet, quod aut | nunquam terminabitur corruptio, aut 76 b 2.
 ad esse terminabitur, quorum neutrum stare potest. Quia si
 in C sit adhuc terminus a quo et non potest requiri finis cor-
 ruptio in alio instanti vel tempore extra A, manifestum est
 15 quod corruptio termini a quo successiva non terminabitur nisi
 ad esse ultimum ejusdem termini, quod dicitur esse in instanti.
 Quod autem ad nullum aliud instans quod sit alterius temporis
 potest corruptio terminari, manifestum est, sicut prius, quia
 finis corruptio est ei unicus sicut finis temporis, unde est
 20 terminus intra et non extra. Quapropter si motus corru-
 ptio est in tempore, finis corruptio est in fine temporis.
 Preterea tempus sequens est tempus in quo esse termini ad
 quem continuatur, et ideo continuatur istud tempus tempori B,
 in quo currit generacio ipsius termini ad quem, quapropter
 25 unum instans numero est finis ipsius B et principium se-
 quentis temporis. Si ergo in instanti illo quod est principium
 sequentis temporis esset corruptio finalis termini a quo, tunc
 in D instanti, quod simul est cum instanti C, esset corruptio
 termini a quo, quapropter simul esset et non esset, quod est
 30 impossibile. Et iterum, non potest hoc stare, quia nullam
 comparacionem habet hoc instans nisi ad tempus generacionis
 termini ad quem, et ad tempus continuacionis esse generati.
 Et est omnino diversum et divisum a tempore corruptio et
 impertinens ei, quare impertinens est corruptio. Sic specia-
 35 liter arguitur contra illam posicionem de pluribus instantibus,

3 esset] non esset *F* 22 Preterea] Quapropter *D* 23 ideo] non
D 32 continuacionis] generacionis *D* 34 ei, quare impertinens
om. D

quamvis ex supradictis contingit omnia illa cumulare que pro opinione illa adducta sunt.

Et hec omnia sunt necessaria questionibus theologie maximis, scilicet, de transsubstantiacione panis in corpus Christi, et de casu angeli et de motu angeli et de justificacione impiii, et in aliis multis.

Capitulum 7^m. de ipso generato, quid est quod generatur.

77 a 1. Habito igitur de principiis naturalibus generacionis, et de modo generacionis rerum naturalium quantum est a parte ipsius decursus qui est in generacione, tercio est consideracio 10 principalis de eo quod generatur an sit compositum vel forma tantum. Set tamen hec veritas patet ex predictis circa principium materiale, scilicet, per ejus differencias specificas inventas a generalissimo ad specialissimam. Si enim super materiam cujuslibet generis addatur materia specifica sicut super formam 15 generis additur forma specifica tunc cum natura generat semper aliquam speciem specialissimam de potencia generis proximi vel remoti, manifestum est quod per generacionem renovabitur materia specifica sicut forma, ergo stabit generacio ad materiam specificam et formam specificam. Set hee due nate sunt 20 facere compositum et appropriantur sicut forma generalis et materia generalis et adinvicem corespondent, quapropter terminus generacionis est compositum ex materia et forma renovatis. Et omnes raciones que differencias specificas materie certificabant et eas probabant addendas super ma- 25 teriam generalem probant propositum hic, et ideo non oportet eas repetere | et hoc Aristoteles dicit et demonstrat in 7^o *Methaphisice* et Commentator ejus. Et in primo *De Generacione* dicit quod generacio est conversio tocuis in totum. Set totum est hic compositum non forma tantum nec materia 30 tantum, et omnis accio est conjuncti, ut Aristoteles dicit primo *De Anima*, ergo accio agentis debetur conjuncto in quantum

11 generatur] end of D.

28 De Generacione] i. 10.

3-6 om. FD 7 Capitulum . . . generatur om. F de . . . generatur]
de generacione D 12 tamen] tantum F 25 certificabant om. F
3a conjuncto] conjunctio F

hujusmodi, licet forma sit instrumentum istius accionis. Set effectus assimilatur agenti, ergo effectus productus per generacionem erit per se compositus et non simplex, et Commentator dicit super primum *De Anima* quod, sicut anima leonis differt
 5 ab anima animalis alterius secundum speciem, sic corpus et membra; set a parte corporis et membrorum at|tenditur 77 a 2.
 materia, ergo materia diversificatur secundum speciem sicut forma in duobus compositis diversis secundum speciem, et oportet quod generata diversa sint composita diversa et non
 10 forme tantum. Quod autem invenitur ab Aristotele et aliis quod forma est finis et terminus generacionis, hoc intelligendum est antonomatice respectu materie propter nobilitatem forme quia natura principaliter intendit eam. Non tamen hoc intelligendum est respectu compositi si de forma pura loquamur,
 15 quia compositum est nobilius forma, ut docetur 7^o *Methaphisicæ*, et planum est quia compositum habet totam nobilitatem forme et materie que est vera substancia et nobilis secundum se, licet non ita nobilis sicut forma et compositum. Et ideo dicendum ad omnes tales auctoritates, quia forma vel formale
 20 sumitur non solum pro eo quod est vera et pura forma, scilicet, altera pars compositi, set communiter ad omne illud quod ultimo advenit et complet et habet magis de actu, et hoc est compositum specificum respectu compositi generis, et materia specifica respectu materie generis, sicut forma specifica respectu
 25 forme generis. Omne enim quod est in potencia ad aliud et completur per illud et recipit esse actuale per illud vocatur materiale sive sit compositum incompletum seu forma seu pura materia, quia tales sunt proprietates materie. Similiter formale vocatur omne illud quod habet consimiles proprietates
 30 nature forme, scilicet, tres predictas, et tale formale est universaliter terminus generacionis. |

4 *De Anima*] i. 53.15 *Methaphisicæ*] vii. 7.31 end of *F*.17 nobilis] nobilius *F*
 materie . . . respectu *om. F*19 quia] quod *F*
 30 nature] vere *F*22 ultimo *om. F*

23-24 ma-

(Distinccio secunda de generatione rerum in speciali.)
(Capitulum 1^m. de generatione elementorum.)

Dictum est jam de principiis generacionis, et de ipsa generacione secundum se, et de termino generacionis, que omnia sunt communia omnibus generabilibus, et que oportet supponi 5 in singularum rerum generacione; nunc dicendum est in speciali de quibuslibet generatis, quomodo generacio eorum procedit.

77 b 1 Generabilia vero | sunt elementa et mixta, et quod ex putrefaccione nascitur, et generacio plantarum, et que fiunt ex divisione corporis anulosi (nam partes diverse sunt animalium, 10 ut in divisione anguille), et generacio brutorum et hominum, et generacio monstruosa. Generacio quidem elementorum vocatur simplex generacio, et potest fieri vel ex uno elemento vel ex mixto, sicut videmus quod cadaver convertitur in pulverem terre et fit terra pura. Facile vero est de cetero 15 dare modum generacionis in omnibus quantum ad multa per communia que dicta sunt. Modus vero generacionis elementi ex elemento consistit in hoc quod materia aliqua communis est duobus elementis, et hec materia est genus aliquod respectu duarum specierum, vel individuum generis respectu duorum 20 individuorum diversarum specierum. Et loquamur de speciebus generandis quia facilius est loqui de hiis, set idem est circa individua. Quibuslibet vero elementis datis, potest dari aliquod commune eis ut omnino contrariis, sicut sunt ignis et aqua, utrumque enim est corpus elementare. In hoc enim 25 conveniunt, et hec est materia eorum que semper habet alteram speciem. Cum tamen est sub una, non completur ejus appetitus omnino, et ideo novam speciem appetit. Et propter hoc, si agens assit quod possit corrumpere speciem presentem in materia tali et inducere speciem contrariam, complebitur 30 generacio. Verbi gracia aqua est corpus elementare et preter hoc habens materiam specificam aque. Si igitur ignis vel virtus celi que potest ignem facere agat in aquam, tollet totam ejus naturam specificam usque ad radicem communem ei et igni, scilicet, usque ad materiam communem que est 35 essencia generis hujusmodi corporis elementaris, et de ejus

77 b 2. potencia | producet naturam ignis specificam, quia essencia

illa est in potencia ad duo contraria, scilicet, ad aquam et ignem. Et sic est si generetur ignis de aqua et sic est de quolibet elemento. Nam quodlibet elementum est in potencia ad quodlibet, ut Aristoteles dicit secundo *De Generacione*, et hoc 5 est dictu, non quod contrarium sit in potencia ad suum contrarium ratione contrarietatis, set ratione nature communis que est in pluribus, que natura est materia elementorum, et est essencia alicujus generis, quod genus facile est reperire per veram divisionem predicamentalem. Nam elementa contraria 10 in utraque qualitate minus conveniunt in natura substanciali, et elementa contraria in una plus conveniencie habent in substancia. Nam aqua et ignis conveniunt in corpore elementari, et similiter terra et aer, nec est plus eis commune. Set terra et aqua conveniunt in corpore elementari gravi, et aer et ignis 15 conveniunt in corpore elementari levi. Et semper illud in quo immediate conveniunt est pro materia que est in potencia ad utrumque contrariorum. Et agens potest esse elementum vel virtus celi, quia quod potest virtus inferior potest superior in hac parte. Et nos videmus hoc per experienciam. Nam sol 20 per sui appropinquacionem facit calorem in estate et per sui elongacionem facit frigus in yeme. Et Saturnus habet potenciam faciendi frigidum et siccum, et Mars calorem et siccitatem; Venus facit calidum et humidum, et Jubiter similiter; Luna frigidum et humidum, Mercurius operatur secundum quod conjungitur aliis. Et stelle duodecim signorum 25 possunt facere has naturas elementorum, et cooperantur cum planetis, et planete variantur secundum quod sunt in eis. Et hec sunt que sunt necessaria ad generacionem elementorum. scilicet, materia et efficiens, et fit ipsa generacio, ut dictum 30 est. Si vero | obiciatur quod elementum unum secundum 78 a 1. totum, ut est spera terre, non est generabile nec corruptibile et eadem est natura tocus et partis, ergo nec secundum partem. Et dicendum est quod de natura particulari tocus elementi est generabile, quia qua ratione parum de terra potest generari, 35 et plus et ita tantum quantum spera ejus. Set ex lege nature universalis est quod non possit totum generari, nam non posset tantum generari nisi ex alio elemento destrueretur magna pars

que est necessaria mundo. Elementa enim sunt ad duo, scilicet, ad mundi constitutionem, et hoc est secundum se tota, et ad mixtorum generationem, et hoc est secundum partes. Natura autem universalis, de qua dictum est superius, intendit semper mundum integrum salvare, et ideo non generabitur neque 5 corrumpetur una spera elementaris. Et similiter eadem natura intendit generationem elementi ex elemento, et precipue propter mixtum, et hujusmodi generacioni sufficiunt partes elementorum, et ideo elementa secundum partes sunt generabilia et corruptibilia. 10

Si obiciatur quod pars unius elementi non potest generari nisi aliquid de alio corrumpatur, ergo illud est corruptibile, ergo generabile, quia omne corruptibile est generabile, ergo exivit in esse per generacionem, quod falsum est, nam elementa creata sunt totaliter; dicendum est quod cum dico 'omne corruptibile 15 est generabile', hic est distribucio accomoda, sicut 'celum tegit omnia'. Si enim sumeretur simpliciter et plena universalitate, falsa esset hec propositio—'omne corruptibile est generabile', sicut hoc—'celum tegit omnia', quia instancia esset in uno, scilicet, in se, et ita est hic de partibus elementorum creatis que 20 corruptibiles sunt set non generabiles. Similiter hoc—'omne generabile est corruptibile'—habet distribucionem accomodam 78 a 2. non plenam, | instancia enim est in uno, ut inferius patebit.

Si obiciatur de efficientibus quod ignis non agit secundum quod ignis, ut Aristoteles dicit in libro *De sensu et sensato*, set 25 secundum quod contrarium, ut in quantum est calidus et siccus, et sic solum aget secundum qualitates suas accidentales non secundum formam substantialem, quod etiam confirmatur per ipsum secundo *De Generacione*, ubi de accione elementorum non ponit nisi qualitates quatuor, calidum et frigidum, humidum 30 et siccum. Set accidens non potest producere veram substantiam, quia omne generans est nobilius generato et agens acto, ut Aristoteles vult universaliter, ergo non generabitur elementum set aliquod accidens, quod falsum est, eo quod accidens non potest generari sine suo subjecto proprio. Et 35 substantia elementi producitur quia mixtum fit ex substantiis

eorum. Dicendum est quod natura substancialis elementi producit naturam substancialem sibi similem de potencia materie, et natura accidentalis ejus producit accidens, quia certum est quod non solum accidens producitur set substancia.

5 Set impossibile est quod accidens producat substanciam, nec per se quia tunc esset nobilius, neque per accidens quia tunc generacio substancie esset accidentalis et non principaliter intenta a natura. Set substancia nobilior est accidente, ergo ejus generacio est principalis, quare a principaliter agente pro-
 10 ducetur. Set tale producus non potest esse accidens, quia ignobilius esset producto, quod non potest stare.

Nec potest dici quod virtus celi producit substanciam elementi et non forma substancialis elementaris, quia sicut se
 15 habet accidens elementi ad produccionem accidentis, sic substancia ad produccionem substancie, nisi substancia non esset activa. Set est, quia de nobilitate accidentis est quod potest sibi simile generare. Et ideo, cum substancia sit nobilior
 accidente sine comparacione, poterit sibi simile producere, et ideo substancia generabit substanciam, sicut accidens generat |
 20 accidens. Et istud in universali demonstratum est in tractatu 75 b 1.
De agentibus, et ibi exposita est hec dubitacio, cujus expositionis summa est quod in 2^o *De generacione* non facit expressam mencionem in exemplis, nec in libro *De sensu et sensato*
 similiter, nisi de contrarietate sensibili penes qualitates quatuor,
 25 quia philosophus naturalis sensibilis est et principaliter sensibilia pertractat. Nichilominus tamen methaphisicus invenit contrarietatem in substancia sicut in qualitatibus, et philosophus
 naturalis aliquando facit mencionem de ea, ut primo *Phisicorum*
 et in fine *De generacione*. Et ideo cum dicit quod ignis non
 30 agit in quantum ignis set in quantum contrarium, sermo hic est communis contrarietati in substancia et in qualitate. Set sensibilis est in qualitate, et ideo eam explicat in exemplo, et insensibilis in substancia, et ideo tacuit pro sua voluntate, non
 enim singula in singulis locis explicat. Nec fiat vis de hoc
 35 quod dicit ignem non agere in quantum ignis set in quantum contrarium, quia similiter calidum non agit in quantum cali-

21 *De agentibus*] see p. 17 and Bridges, ii. 507.
 i. 50 sqq.

28 *Phisicorum*]

dum set in quantum contrarium, nam nullum agens elementare agit nisi contrarium suum, et ideo nisi in quantum contrarium ; unde hoc verbum non excludit substanciam sicut nec qualitatem, set est commune utrique.

Si obiciatur quod celum est locus elementorum et locus 5
salvat locatum. et unum elementum est locus alterius, ergo, non corrumpitur pars elementi per aliud elementum, nec per celum, et ideo nec generabitur pars elementi, quia sine corrupcione alterius non potest generari. Et ad hoc est quod Averroys dicit, 2^o *De Anima* et 4^o *Celi et Mundi*, quod elementa non 10
habent ex sua natura in speris suis qualitates quatuor. Dicendum est quod elementa ut fuerunt creata simplicia et pura
78 b 2. in speris suis non corruppebant se, et dum sic | durabant non corruppebant se set salvabant in toto et in parte. Et si adhuc
essent in sua puritate non corrumperent se ; set jam exiverunt 15
ab ista puritate per celum. Set hoc est intelligendum sic. Celum enim ratione orbis sui est locus elementorum, non ratione stellarum, nam stelle sunt corpora sperica undique, ut Aristoteles demonstrat secundo *Celi et Mundi*, et ideo non locant set locantur ; et non sunt partes orbis, nec de natura 20
ejus, immo differt stella a stella secundum speciem, et ideo ab orbe qui minus convenit cum stella. Hec in celestibus demonstrari habent. Et ideo celum lune, unde locus est, salvat speram ignis ; set luna et stelle cetere alterant ignem in parte inferiori ubi celum non tangit, et alia elementa per totum, et 25
convertunt ea adinvicem et miscent ea. Nam Aristoteles vult secundo *Metheororum* quod in hyeme convertatur aer in aquam a parte aquilonis, et in estate aqua in aerem ex eadem parte per virtutem solis, secundum quod accedit et recedit ab aquilone et meridie. Et sic per stellas alias sepius convertuntur partes 30
elementorum adinvicem in confiniis, ita quod inferior pars ignis est similis aeri et aer similis igni, propter quod non potest fieri fraccio radorum in spera aeris, sicut in tractatu *De radiis* prius manifestavi. Et aer in parte inferiori assimilatur aque et aqua aeri, et aqua in inferiori parte assimilatur terre et terra 35

10 *De Anima*] ii. com. 39.

Celi et Mundi] iv. 27.

19 *Celi et*

Mundi] ii. 48.

27 *Metheororum*] ii. 2.

33 *De radiis*] see

p. 27.

aque, cujus signum est quod in eorum confinio fit lutum quod nec est pura terra nec pura aqua. Et sic patet quomodo celum salvat per naturam loci, et quomodo stelle faciunt generacionem et corrupcionem elementorum et mixtionem in 5 confiniis suis. Elementa eciam se salvant et agunt, set salvant ubi in sua simplicitate et puritate persistunt. Corruptit autem unum aliud | dupliciter, vel quando ablatum est ei de spera sua 79 a 1. aliquid, verbi gracia, in hyeme a parte aquilonis corrumpitur aer in aquam propter elongacionem solis, quia frigus tunc 10 multiplicatur in aquilone, quod est qualitas aque, et hoc frigus generatum in aqua confortat ipsam et vincit super aerem, precipue cum frigus similiter sit in aere generatum sicut in aqua, ita quod et frigus aeris et aque agit in aerem et corrumpit illum in aquam. Set in estate quando sol appropinquat ad aquilonem, 15 tunc calor generatur in aqua et in aere; et aer tunc agit in aquam que generata fuerit ex aere et convertit illam aquam in speram suam. Nec propter hoc per viam hanc corrumpit aer aliquid de spera aque, cujus aer est locus naturalis, set de aqua que de aere generabitur prius. Ceterum aqua in hyeme vel alias 20 per Saturnum et ceteras stellas potest in tantum frigefieri, etsi non esset in aere frigus set remaneret aer in sua puritate, quod aqua converteret purum aerem in aquam. Et similiter potest aer convertere puram aquam in se. Et hoc est quia aqua vel aer convertens fit per stellas extra suam naturam simplicem. 25 Et potest hoc duobus modis intelligi, vel quod data sit aque agenti vel aeri qualitas activa accidentaliter, propter hoc quod Averrois declinat ad hoc quod elementa non habent secundum se qualitates activas, aut licet habeant eas ex creacione, tamen non agunt nec nata sunt agere dum remanent in 30 sua puritate, quia sic sunt qualitates loci et locantis, et ideo ex lege nature universalis non nocent nec ledunt nec corrumpunt. Nam ligatur eorum potencia activa per forciolem virtutem, scilicet, virtutem nature universalis, que intendit salutem sperarum elementarium et | habitancium in eis, secundum 79 a 2. 35 Averrois 2^o *De Anima*. Et est simile de aqua contenta in vase perforato in fundo, que non descendit quando orificium obstruitur. Nam potencia sue quantitatis activa et motiva ligatur ex lege

nature universalis que vacuum non patitur, quia si aqua descenderet nichil remaneret in vase, propter hoc quod aer non potest intrare orificio obstructo. Set stelle excitant qualitatem aque activam, et intendunt eam et augmentant, et tunc quia exit naturam propriam, agit in terram locatam a se et in aerem, 5 et similiter aer in aquam. Nec hoc est per naturam loci nec in quantum sunt locata et loca, set in quantum transcendunt hanc naturam. Qualiter vero virtus stellarum potest fieri in speris elementorum ut fiat generacio et corruptio, expositum est cum agebatur de natura virtutum agencium in tractatu 10 *specierum rerum activarum*, tam de luce quam aliis. Ex mixto quidem potest elementum generari, ut tetigi a principio, nam causa materialis concordat. Quia aliquod genus est commune elemento et mixto, ut corpus non celeste, quod est materia naturalis respectu eorum et est in potencia ad utrumque cum 15 agens sufficit. Set a parte agens non est defectus, nam virtus celi potest sufficere ad hoc per se. Et iterum excitat et intendit naturam unius elementi, et illud destruit alia et convertit ea in suam naturam, et hoc potest fieri per quodlibet elementum secundum quod virtus celi ejus naturam in diversis temporibus 20 et locis confortat et intendit. Et tercio modo fit elementum ex mixto, quia terra finaliter convertit alia, eo quod terra est

79 b 1. locus mixtionis, et quodlibet elementum est forcus in loco suo. et ideo terra mixti vigoratur necessario per virtutem spere terre in qua quiescit illud mixtum; et ideo omnia que sunt in 25 terra convertuntur in terram finaliter, ut videmus quod animata cadunt in pulveres quando corrumpuntur.

<Capitulum 2^m. de generacione mixtorum et plantarum.>

Habito de generacione elementorum, dicendum est de mixtis, qualiter et quomodo generantur. Set hoc copiose discussum 30 est in tractatu *alkimie speculative*, scilicet, in *minori opere*. Nam nichil scripsi ita diligenter, propter hoc quod magna fundamenta philosophie naturalis et medicine et alkimie et theologie sunt ibi. Et ibi in universali manifestavi quomodo

10-11 in tractatu] see pp. 20 sqq.
Brewer, pp. 359 sqq.

31 minori opere] see *Op. Min.*, ed.

fit mixtum et quomodo potest esse unum ex quatuor elementis, et que sit forma mixti, et multa circa hec in communi que habeant apud vulgum errores magnos et multos. Et postea quomodo generantur prima mixta et quot sunt, ut humores simplices et compositi, et quomodo potest mixtum equale generari. Unde descendi ad complexionem omnes, et inveni humores quatuor inequales, et quintum equale, quod tamen natura sola rarissime facit, quia non est nisi in auro purissimo. Et extendi considerationem ad omnes modos mixti ex elementis, secundum quod Avicenna in libro suo majoris alkimie ponit centum quadraginta .v. compositiones mixti ex elementis. Et exposui Avicennam in hac parte, nam, sicut alkimista, occultavit multa in hoc loco. Et elevavi tractatum ad statum innocentie hominis, et ad hunc statum corruptionis, et post resurrectionem ut sciretur quando pervenire potest natura humana ad equalitatem. et quando prope eam, et quando elongatur ab hoc. Et tunc addidi totam generationem metallorum. Et ex hoc patet satis generatio mixti in universalis et generatio mixti inanimati quantum presens persuasio requirit, propter quod transeundum est ad animata que sunt in quadruplici differentia vel in quintupla propter aliqua specialia circa hominem. Plante vero animate sunt et nomen plante est commune ad omne vegetabile secundum Aristotelem in libro suo *De Plantis*. Animata vero omnia que generantur per propagationem habent quedam communia ex quibus dependet specialis generatio eorum. Nam omnia habent animam vegetativam que est principium generationis, illa enim habet tres operationes secundum tres ejus virtutes. Nam virtus nutritiva digerit cibum et potum, ut sit aptum ad nutriendum, quoniam assimilat nutrimentum partibus rei animate et convertit quod necesse est in eas propter restaurationem deperditi, que deperditio accidit ex mutua actione elementorum contrariorum ex quibus partes rei animate componuntur. Et in juvenibus ante quantitatem debitam respectu generationis, virtus augmentativa residuum alimenti digesti convertit in quantitatem corporis. Et quando sufficienter est augmentatum,

secundum Aristotelem et Avicennam in libris *De Animalibus*,
 tertia virtus operatur que, scilicet, est generativa, et accipit
 residuum alimenti et transmittit ad locum generacionis et
 decindit, ut fiat individuum simile in specie. Hec virtus
 generativa est duplex, una est masculina, alia feminina. Virtus
 enim feminina dat semen unde fit corpus individui generandi,
 virtus vero masculina est motrix, et primo movet ad hoc, ut
 50 a 1. excitetur virtus feminina ad decisionem seminis, secundo
 movet et transmutat illud semen, ut Aristoteles et Avicenna
 docent multis racionibus, secundum quod exponetur quando
 fiet verbum de homine specialiter. Et ideo hee virtutes due
 sunt necessarie omni generanti secundum propagacionem. Et
 sunt in plantis sicut in animalibus, ut Aristoteles docet in libro
De Plantis. Set in plantis sunt simul in eodem individuo,
 quia planta est affixa terre, et non possunt plante adinvicem
 15 convenire. In animalibus vero sunt separati sexus, quia pos-
 sunt se localiter conjungere. Et aliquid est commune semini
 et animato generando, et illud est corpus mixtum in potencia
 ad utrumque, et hec est materia communis utriusque. Et quando
 agens invalescit potens animatum producere, corrumpit naturam
 20 specificam seminis et educit animatum corpus de potencia
 illius materie communis. Generans vero particulare et proxi-
 mum est anima propagantis et dividensis semen, et ejus
 instrumentum est semen masculi quod penetrat partes seminis
 femine per virtutem anime ipsius propagantis. Et virtus celi
 25 est agens universale et cooperatur anime, et dirigit eam et
 semen maris usquequo perficiatur generacio. Et hec tria
 agencia corrumpunt materiam specificam seminis feminei
 usque ad materiam communem de qua educunt animatum.
 Et quia anima propagantis est agens particulare, et agens
 30 univocum et ejusdem speciei cum generato, ideo potest pro-
 ducere animam principaliter, et non virtus celi que est inanimata,
 quia omne agens est nobilius acto, et animatum est nobilius
 non animato.

Ad hoc eciam addendum est quod celum non operatur hic
 nisi per suum motorem, qui est intelligencia seu angelus, et est

1 *De Animalibus*] xvi. 1.

14 *De Plantis*] i. 1.

nobilius quam anima, et ideo potest mediante celo cooperari anime | ipsius propagantis ad hoc ut anima producat de 80 a 2.
potencia seminis. Hec igitur sunt generalia omnibus animatis que per propagacionem generantur, specialia patebunt per
5 ordinem suo loco.

Dicendum igitur quod virtus masculina in planta decindit aliquid de semine masculino et excitat virtutem femineam in eadem planta ut decindat de semine femineo, et semen masculinum ingreditur semen femineum et operatur ibi partes plante
10 nove, et producit eas paulatim. Unde virgulta sic nascuntur ex radicibus arborum et rami novi producuntur ut videmus in vineis omni anno, et in aliis. Et dicit Aristoteles in libro *De Morte et Vita* quod in planta est ubique in potencia radix et germen, nam ubique est uterque sexus in qualibet parte plante
15 et semen utriusque. Et ideo quelibet pars plante potest producere radicem et germen, id est, plantam aliam que habet radicem et corpus plante germinans ex planta generante. Quod vero Aristoteles dicit libro *De Plantis* quod aliqua palma est masculina et alia feminina, et sic de aliis arboribus, dicen-
20 dum est quod masculinum est equivocum et femineum similiter. Nam masculinum sumitur pro sexu et pro aliquo simili sexui tali, seu pro illo in quo expressius apparent proprietates masculine; et similiter femineum est dupliciter, secundum igitur quod sumitur pro sexu. Sic omnis planta est masculina et
25 similiter feminina, quia utrumque sexum habet, et sic non loquitur in verbo dicto, set accipit masculinum pro eo quod assimilatur magis masculo, et femininum quod femine sit etiam magis simile. Unde aliqua planta habet proprietates masculi ex|pressiores quam femine, et illa vocatur mascula planta, quia 80 b 1.
30 magis assimilatur masculo, et aliqua habet proprietates femineas expressas et illa vocatur feminea, et nichilominus tamen est uterque sexus in utraque confusus. Et in planta generata per propagacionem agens est planta ipsa cum motore celi qui est agens universale mediante tamen celo et omnium illorum instru-
35 mentum est semen plante masculinum quod non movet localiter cum sit corpus, nisi aliunde moveatur, et ideo per animam

dirigitur sicut securis per artificem. Et si queratur quo devenit illud post generacionem quia ex semine femineo generatur planta ; dicendum quod cedit (quod est) loco spiritus in animali, et in aliquod simile spiritui in plantis. Set hoc explicari non potest sufficienter nisi cognita generacione animalis. 5

⟨ *Capitulum 3^m. de generacione brutorum animalium.* ⟩

De brutis animalibus prius dicendum est quam de homine, et loquor de generacione brutorum per propagacionem ; mas autem et femina distinguntur in eis secundum Aristotelem et Avicennam in libris suis *De Animalibus*. Mas decindit 10 semen et excitat feminam ad decisionem seminis, et nichilominus semen patris est motor et est, ut dicit Aristoteles, sicut filius unus expulsus de domo patris querens sibi domum, et sicut manus figuli in olla, et penetrat semen matris et facit primo cor. Deinde, secundum Aristotelem et Avicennam, facit 15 foramina in corde que sunt capita nervorum et venarum, et perforat residuum seminis, faciendo venas et nervos usque ad cerebrum et epar. Nam hoc probant Aristoteles et Avicenna in suis libris supradictis, quamvis medici sint eis contrarii, quod nervi oriuntur a cerebro et vene ab epate. Set Avicenna 20 dicit primo *Artis | Medicine* quod opinio medicorum, licet ad sensum sit manifestior, tamen opinio Philosophi verior est. Et cum perscrutati fuerint veritatem, invenerunt ut ait, sicut dicit Philosophus. Et ideo Avicenna tercio *De Animalibus* multum invehitur contra Galienum pro hac re, et arguit quod 25 ubi est origo virtutis anime, ibi debet esse origo vasorum et instrumentorum anime. Set nervi et vene sunt hujusmodi vasa et instrumenta in quibus anima operatur, et ideo oportet quod cum apud cor sit origo virtutis anime, quod ibi sit origo nervorum et venarum. Et Aristoteles multum laborat ad hoc 30 ostendendum, ut patet ex 12^o *De Animalibus*. Primo igitur fit cor, et secundo nervi et vene, et deinde cerebrum et epar : sic principaliora membra facta sunt, deinde alia per ordinem donec compleatur generacio. Et tunc, secundum Avicennam

21 *Artis Medicine*] Fen 1, Doct. 5, cap. 1.
c. 1 (pp. 31, 41, ed. 1508).

24 *De Animalibus*] lib. iii.

31 *De Animalibus*] *De Partibus* iii. 4.

nono *De Animalibus*, semen patris fit spiritus, nam spiritus
 radicales fiunt de semine patris et fetus fit de semine matris.
 Et dicit quod hoc est consilium Aristotelis, et multum vituperat
 Galienum in hac parte qui contradixit sentencie huic. Dicit
 5 ergo 'et mirati sumus super homine illo qui contradixit Ari-
 stoteli, licet enim multum sciverit de ramis philosophie, tamen
 ignoravit radices'. Et postea dicit 'quod olfecit medietatem
 hujus rei', et ideo erravit in multis. Et jam patet per hoc
 quomodo dicendum de semine masculino in planta. Nam
 10 completa generacione plante cedit in aliquid quod est in
 planta generata loco spiritus in animali. Nam Aristoteles dicit
 in libro *De Plantis*, quod planta, licet non habeat partes quales
 animal, habet tamen similes eis, ut habet radicem pro ore, et
 corticem pro cute, et medullam pro corde, et sic de aliis, et ideo,
 15 licet non habeat spiritus, tamen habet aliquid simile spiritui,
 quod est vapor diffusus a medulla in | ceteras partes plante ad 81 a 1.
 exercendum opera anime ipsius plante, sicut spiritus in animali
 est quoddam simile vapori qui fluit a corde in omnes partes
 animalis quod est instrumentum anime. Et cor continue
 20 evaporat per dilatacionem et constrictiionem et emittit vapores
 subtiles ad confortacionem tocius corporis, qui vapores sunt
 spiritus subtiles generati ex sanguine puro.

⟨*Capitulum 4^m. de generacione hominis.*⟩

Sed de generacione hominis est specialis difficultas, nam
 25 propter consanguinitatem et cognacionem volunt multi quod
 semen ex quo proles generatur non sit de nutrimento set de
 substancia corporis. Set hoc penitus est contra Aristotelem
 et Avicennam in suis libris *De Animalibus*, nam evidenter et
 potenter docent quod hoc esse non potest, et quod semen sit
 30 residuum nutrimenti optime digesti quo non indiget corpus ad
 restaurandum deperditum nec ad augmentum. Quoniam
 post conversionem nutrimenti in corpus non potest separari
 aliquid a corpore vel parte corporis sine dolore et pena, ut
 patet si dividatur una pars carnis vel nervi vel ossis vel

1 *De Animalibus*] ix. 1. 5 et mirati sumus . . .] loc. cit. ix. 1. 2. f. 41.
 12 *De Plantis*] i. 2.

6 sciverit] scivit *M*

alterius. Set decisio seminis non est cum dolore nec pena. Item, quelibet pars carnis caro est, et quelibet pars ossis os est, et nervi nervus, et sic de aliis; ergo relinquetur quod si aliquid a carne separetur vel osse vel nervo, hoc erit aliquod frustum carnis vel aliquod fragmen ossis, vel aliqua porcio nervi, et sic 5 de aliis, set semen non est hujusmodi. Item, si fieret semen de osse et carne et aliis, tunc aut per divisionem partis a toto, et hoc stare non potest propter rationes duas nunc tactas, aut per transmutacionem naturalem et conversionem alicujus partis carnis vel ossis in semen. Set hec conversio fieri non potest 10

81 a 2. nisi per corrupcionem illius partis carnis in semen, | et ita esset corruptio carnis et generacio seminis, sicut generatur ignis ex aqua et quidlibet ex quolibet per naturam. Set in tali generacione non dicimus quod unum sit de substantia alterius secundum sentenciam istius posicionis, quando dicitur 15 quod semen ex quo generatur filius est substantia parentum. quia hic sermo pretendit quod non fiat ibi corruptio set sola decisio alicujus. Item, filius est ita attinens patri sicut matri vel magis, set tamen semen solius matris cedit in substanciam corporis filii, corpus enim fit ex materno semine, licet spiritus, 20 qui non sunt partes substantiales et fixe in corpore, set quidam vapores confortantes corpus, fiant de semine patris, et illi non durant in corpore set evanescent, eo quod continua est deperdicio spirituum et generacio continua. Semen igitur patris quantum ad corpus filii et partes ejus substantiales 25 non pertinet ad filium. Ergo, non refert utrum sit de substantia patris vel de residuo nutrimenti, et tamen est affinitas naturalis et consanguinitas, ergo, non oportet quod semen sit de substantia parentum. Multas vero alias rationes ponunt Aristoteles et Avicenna et salvant affinitatem naturalem per 30 hanc viam, videlicet, quod nutrimentum matris optime digestum, quod residuum est post restauracionem deperditi et post augmentum, est in potencia caro et os, et jam simile in actu persone in qua est, et hic incipit primus gradus affinitatis naturalis. Nam ita factum est simile quod est in potencia 35 proxima ut fiat animatum et salvet personam cujus est. Deinde secundo, a natura recolligitur ad vasa generacionis in quibus eciam servatur, et virtus generativa, que est tercia

potencia anime vegetative, agit in illud et assimilat illud humane nature vehementer et quantum potest fieri et debet. Et ideo jam | transmutatum est ad hoc ut sit in potencia 81 b 1. homo et non asinus nec alia species animalis dum adhuc est
 5 in matre. Et quando sic alteratum est ut sit simillimum humane nature, tunc magis manifestatur affinitas naturalis. Et quando semen patris decinditur et excitat virtutem generativam matris ad seminis decisionem, tunc quod decinditur a matre recipit virtutem a semine patris, nam semen patris
 10 est motor et efficiens. Et augmentatur affinitas naturalis respectu parentum, set longe magis per virtutem anime matris, quia semen utrumque remanet in matre in loco debito generacioni. Et sic perficitur naturalis affinitas ut fiat humana natura de semine illo. Et non quocunque modo, set
 15 similis et connaturalis patri et matri, et non aliis hominibus. Nam patri propter tria, scilicet, quia ejus semen est causa decisionis seminis materni, et semen paternum transmutat semen in membra, sicut manus figuli lutum convertit in ollam, et semen patris tercio cedit in spiritus radicales et primos. Et
 20 matri affinis erit proles propter tria. Nam semen matris cedit in substanciam corporis et partes substantiales, et virtus anime matris semper continuatur super illud formandum cujus instrumentum est semen patris: et tercio continet ac fovet semper in corpore suo, scilicet, in matrice embrionem. Unde non agit
 25 in rem extra se sicut ignis agit in aquam, set in rem contentam semper in se. Propter igitur has causas oritur proprietas sufficientis affinitatis naturalis inter prolem et parentes secundum sentenciam Aristotelis et Avicenne ut non requiratur quod semen sit de substantia parentum. Sic igitur tenet
 30 philosophia, nec volo hic descendere ad theologica | propter 81 b 2. nimietatem contencionis, et quia superflua fieret digressio.

<Distinccio tercia de anima.>

<Capitulum 1^m. de produccione parcium anime.>

Set de produccione parcium anime in esse non est minor
 35 difficultas. Omnes enim ante viginti annos posuerunt quod sola anima intellectiva detur, et quod vegetativa et sensitiva in

homine producantur de potencia materie per viam nature. Et adhuc theologi de Anglia et omnes philosophantes hoc celebrant. Nam Aristoteles dicit 2^o *De Anima* quod intellectiva potencia separatur ab aliis sicut perpetuum a corruptibili, et in 16^o *De Animalibus* dicit quod solus intellectus est ab extrinseco veniens, et alie potencie educuntur de potencia seminis, et in XI^o *Methaphisice* illud idem docet, et nichil tantum certificat in sua philosophia. Et Avicenna et Averrois et omnes philosophi dicunt illud idem, et hoc concordat cum fide, ut sola ymago Dei creetur, set hec est anima intellectiva. Nec est aliquid contra hoc nisi quedam auctoritates duorum librorum qui non sunt autentici, scilicet, *De Spiritu et Anima*, et *De Ecclesiasticis Dogmatibus*. Non enim sunt Augustini, ut periti theologi sciunt, licet aliqui estimare solebant quod essent Augustini. Set nec Gregoriani sunt, nec Heronimi, nec Ambrosii, nec Bede, nec alicujus auctoris famosi. Et in illis libris videtur dici ad literam quod concreentur vegetativum et sensitivum cum intellectivo, et separentur in morte. Et quia hii libri sunt apocryphi, ergo non potest aliquid probari per eos, precipue ubi summa difficultas et contencio accidit infinita. Et considerandum est quod sancti multa verba protulerunt ex incidenti secundum modum vulgarem loquendi, de quibus non inquirebant certitudinem circa alia | occupati, sicut omnis homo in perpetrando aliqua principaliter loquitur aliquid incidenter de quo non certificat illa vice. Et ideo dixerunt sancti que postea retractaverunt, et si plus vixissent adhuc plura retractavissent aut se exposuissent. Unde beatus Gregorius dicit in Omelia quod plante non habent animam set viriditatem, et ecclesia recitat. Set tamen omnes philosophantes et theologi sciunt quod plante habent animam vegetativam, licet non sensitivam. Aut ergo beatus Gregorius non percipit veritatem in hoc casu, aut vulgariter locutus est, quia multitudo hominum non estimat quod anima sit nisi in animalibus, aut accepit animam pro ea que est in brutis et

3 *De Anima*] ii. 150. 5 *De Animalibus*] *de Gen. An.* i. 18. 12 *De Spiritu et Anima*] by Alcher of Clairvaux (12th cent.). 13 *De Ecclesiasticis Dogmatibus*] by Gennadius of Marseilles, c. 495. 28 *Gregorius*] in the eighth lesson on Ascension Day.

hominibus, sicut vulgus accipit cui predicavit. Immo vulgus laicorum in multis regnis adhuc credit quod soli homines animas habent, unde derident clericos qui dicunt canes et cetera bruta habere animas. Sic igitur in libris multis qui
 5 sunt in usu theologorum sunt multa scripta que non habent veritatem et vulgariter dicta sunt et que debent exponi, et maxime ubi multitudo sapientum dicit contrarium.

Tota igitur philosophia clamat quod solus intellectus creatur, et omnes theologi alicujus valoris et philosophantes ante
 10 viginti annos, et adhuc omnes Anglicani qui satis inter alios homines sunt et fuerunt studiosi. Et arguunt ad hoc non solum per auctoritates Aristotelis et aliorum philosophorum, set per rationes. Quia heedem operationes vegetative et sensitive sunt in homine sicut in plantis et brutis, set natura
 15 has animas potest producere in vegetabilibus et aliis animalibus ab homine, ergo et in homine. Item, arguunt per experienciam. Nam embrio ante infusionem | anime racio- 82 a 2.
 nalis nutritur et crescit, et si pungatur sentit, et hoc sciunt mulieres ex parte in talibus, et Aristoteles hoc vult in libro
 20 *De Animalibus*, et alii auctores concordant. Manifestum est igitur quod anima vegetativa et sensitiva sunt in embrione hominis antequam intellectiva producat. Set si vegetativa et sensitiva essent concreate cum intellectiva, ut publice ponunt multi modernorum, tunc non prederent ipsam intel-
 25 lectivam in esse, et ideo coacti sunt dicere quod duplex est vegetativa et duplex sensitiva; et dicunt unam produci de potencia materie per viam nature, et aliam per creacionem cum intellectiva. Set nullo modo potest istud habere rationem, nec sunt auctoritates sufficientes ad hoc, et ideo periti in
 30 philosophia reprobant istud tanquam prophanum. Nam ista vegetativa que inducitur per naturam sufficit ad omnes operationes vegetative in homine, sicut videmus quod in brutis et vegetabilibus sufficit. Set eedem sunt operationes utrobique, ergo reliqua vegetativa superfluit. Set nec natura
 35 nec Deus facit aliquid ociosum. Similiter de sensitiva, quoniam ad omnes operationes sensus sufficit illa que per naturam inducitur, ut videmus in animalibus. Quoniam ita

bene videt et audit canis sicut homo, et sic de aliis operibus sensitive virtutis. Et multa animalia melius sentiunt quam homo, ut linx qui videt per medium parietem. Et homo habet olfactum pejorem omnibus animalibus, ut Aristoteles docet, et multa cercius et acucius audiunt. Ergo manifestum est quod illa 5
 82 b 1. sensitiva que per naturam inducitur sufficit ad operationes anime sensitive tam in homine quam in brutis; si enim ita bene et melius quam in hominibus fiant opera sensitive, | tunc illa sensitiva que naturalis est in homine sufficit.

Deinde ubi et quando manifestantur opera istius vegetative 10
 create et sensitive certe non possunt assignare. Nam alie que naturales sunt occupant instrumenta et membra hominis sicut in brutis, ergo omnino superfluum et non erunt. Deinde si separantur cum intellectiva, ut dicunt, et nate sunt habere esse separatum sicut intellectiva, tunc de proprietate earum est 15
 quod sint substantie separate sicut intellectiva. Set omnis substantia separata a materia est actu intellectus, ut Aristoteles vult in XI^o *Methaphisice*, ergo habent necessario virtutem intellectivam. Item certum est quod vegetativa omnis et sensitiva omnis est virtus organica, et non operantur nisi 20
 mediante organo, ut virtus visiva non videt nisi mediante oculo, et virtus nutritiva nisi mediantibus membris nutritivis. Set in separacione ista non habent organa, ergo carebunt suis operationibus specificis. Set nulla res dum est potest privari sua operatione specifica. Et iterum erunt ociose ibi, et intel- 25
 lectiva sola habebit suam operationem intelligendi, et hec et hujusmodi allegantur contra hanc opinionem, que nullam potest habere rationem, quoniam statim dissolvatur tanquam festuca, nec auctoritatem nisi apocripham, et que potest exponi sicut necesse est in hac parte. 30

<Capitulum 2^m. de anima sensitiva.>

Sed capita vulgi philosophancium Parisius in alios errores nephandos cadunt, quibus theologici contradicunt, maxime in duobus articulis, et de tercio contendunt adinvicem, quidam veritatem, quidam quod falsum est estimantes. Ab annis 35

decem igitur inolevit opinio per hominem erroneum et ^{82 b 2.}
 famosum quod ante animam rationalem presupponitur dif-
 ferencia substantialis specifica educta de potencia materie que
 ponit hominem sub specie animalis, ita quod intellectiva non
 5 faciat hoc, set anima sensitiva specialis addita ad naturam
 sensitivam animalis communem, sicut anima sensitiva specialis
 asini additur super animalitatem ut fiat asinus species animalis.
 Set istud porro est contra totam philosophiam Aristotelis et
 omnium auctorum. Nam et ipse et sui sequaces dividunt
 10 animal per immediata in rationale et irrationale, ut rationale
 sit differencia specifica hominis, nisi vellemus addere mortale.
 Set ante rationale nec Porphirius nec Aristoteles nec alii
 ponunt aliquid preter genus. Set rationale est in homine a
 sola anima intellectiva, igitur illa ponit hominem in specie
 15 animalis, et nichil est inter eam et genus. Item una dif-
 ferencia specifica sufficit cum genere proximo ad speciem.
 Nam Boecius dicit in libro *Divisionum*, nisi esset penuria
 vocabulorum, omnis diffinicio constaret ex genere et una
 differencia, id est, ex differencia signata per unum vocabulum,
 20 ita quod non essent nisi duo vocabula in diffinicione, ut unum
 sit generis et alterum differencie. Sed diffinicio indicat rei
 essenciam, ergo una differencia addita generi sufficit ad com-
 plendum speciem. Set non est species humana completa
 antequam embrio habeat animam rationalem, ergo cum illa
 25 non sit genus, importabit differenciam specificam hominis.
 Ergo alia non erit per predicta, quia una sufficit. Item, si
 ista differencia ficta faciet hominem in specie animalis, tunc
 rationale non faciet set aliquid aliud, quia rationale est aliud
 in essencia quam illa differencia, ut planum est, cum sit sensi-
 30 tiva. Quero ergo quid faciet rationale, et | de quo serviet? ^{83 a 1.}
 Et arguo sic: omnis differencia addita generi speciem facit:
 set species hominis in genere animalis fit per differenciam natu-
 raliter eductam, ut dicit hec posicio, et pro nulla alia causa
 posset rationale addi, nisi ad constituendum speciem animalis;
 35 ergo cum ante sit constituta rationale serviet de nichilo.

Si dicatur quod illa que naturaliter inducitur est in potencia
 respectu intellective et incompleta, tunc sequitur quod non est

differentia specifica, quia omnis differentia specifica facit
 speciem, nec est ordinata ad ulteriorem differentiam, nam
 omne quod ordinatur ad ulteriorem differentiam, que specifica
 est, est subalternum, ut patet in linea predicamentali. Ergo
 relinquitur quod illa differentia naturalis sit subalterna ; et si 5
 hoc, tunc est communis homini et aliis, ergo non est differentia
 specifica hominis. Item si hec differentia perficeret hominem
 in specie animalis, tunc si non adveniret anima rationalis,
 esset sicut species alia animalis que caret intellectu, ut asinus
 vel aliud habens solam animam sensitivam. Et possit vivere 10
 et moveri et opera animalis exercere secundum proprietatem
 sue speciei, sicut asinus secundum suam. Set asinus quia sic
 facit non est in potencia ad ulteriorem formam specificam,
 ergo nec illa species animalis potest esse in potencia ad animam
 racionalem, quia non poterit anima rationalis recipi in hac 15
 specie animalis, sicut nec in asino vel leone. Quoniam vero
 nullam habent racionem ad hanc insaniam que sit digna solu-
 cione, et magis asserunt quam racionentur. Nec video aliquid
 quod posset racionabiliter adduci pro hac fantasia, ideo transeo
 ad aliud quod est majus inconveniens, et error pejor, et heresis 20
 nequior, immo nequissima. Temporibus autem meis non fiebat
 mencio de istis erroribus, quia cuilibet fuit manifestum quod
 83 a 2. heretica fuerunt, sicut quodlibet aliud contra | fidem et
 philosophiam, nec dignati sumus movere questionem de hiis
 propter stulticie magnitudinem. 25

<Capitulum 3^m. de unitate et pluralitate anime intellective.>

Et est istud secundum de unitate et pluralitate anime intel-
 lective. Ponunt ergo quod anima intellectiva sit una numero
 in omnibus. Palliant ergo errorem suum quando artantur
 dicentes quod per philosophiam non potest aliter dici nec per 30
 racionem potest haberi aliud, set per solam fidem. Set men-
 ciuntur tanquam vilissimi heretici. Nam cum meritum et
 demeritum sint penes animam et omne opus virtutis et vicii,
 non solum secundum fidem set secundum doctrinam Aristot-
 telis in *Ethicis* et secundum omnes philosophos, tunc si una 35

anima esset in omnibus hominibus, sequeretur quod eadem esset
 rea vicii et virtute repleta et ita eadem esset bona et mala,
 justa et injusta, quod esse non potest secundum philosophiam
 neque secundum fidem. Item, cum non solum regula fidei
 5 set philosophie magna potestas, ut probavi in partibus *Moralis*
Philosophie, doceat quod virtuti servientes fruuntur vita beata
 et peccatores puniuntur pena infernali, et anima in morte
 hominis separatur ad penam vel ad gloriam, tunc cum non
 omnis homo bonus est nec omnis sit malus, eadem anima erit
 10 simul glorificata et dampnata, quod est insanum et contra
 omnem rationem, et contra fidem, et contra philosophiam, et
 sic destruit leges moralis philosophie.

Quod autem destruat leges nature potest ostendi sic. Aristoteles per totam philosophiam naturalem supponit quod
 15 materia propria appropriat sibi formam propriam et e con-
 verso. Set anima rationalis in Socrate est forma propria et
 perfectiva ejus, ergo, non potest esse | in alia materia quam 83 b 1.
 in corpore Socratis. Et hoc expressius habetur per Aristotelem, in casu proposito. Nam hoc modo argumentandi
 20 invehitur 3^o *De Anima* contra Pictagoricos, qui posuerunt
 animam mutare se de corpore in corpus post mortem. Et
 ibi hoc reprobatur; dicens quod materia propria appropriat sibi
 formam et e converso, ergo, nec potest una anima separari ab
 uno corpore et ingredi in aliud. Ex quo tunc arguo propo-
 25 situm: si per Aristotelem non potest una anima successive
 esse in diversis corporibus, ergo nec multo forcius potest esse
 simul et semel in diversis. Item Aristoteles dicit iiiij^o *Phisicorum*,
 capitulo de vacuo, quod si aliquid unum numero potest
 esse in duobus locis, potest esse eadem ratione in tribus, et si
 30 in tribus potest esse in quatuor, et sic in infinitis. Si essent,
 ergo, essent potencie infinite, et ita Deus. Et ideo omnino
 procedit hec ratio de anima dum est actus et perfectio
 corporis et persone. Nam de anima separata est sicut de
 angelo, ut superius est notatum. Item, si una est anima in
 35 pluribus hominibus, tunc eadem erit simul et semel ignorans

et sciens respectu ejusdem, quod est impossibile. Si dicatur, ut Averrois in 3^o *De Anima* docet respondere ad hoc argumentum quod diversitas est per ymaginacionem diversam in diversis hominibus, et ideo anima scit in isto et ignorat in alio propter aliam et aliam ymaginacionem, 5 considerandum est tunc qualiter ymaginacio impedit intellectum vel operatur ad ipsum. Nam verum est quod virtutes sensitive deserviunt intellectui, et quando leduntur, ut in stultis naturaliter et in freneticis, quia lesio accidit organo virtutis sensitive, tunc impeditur operacio intelligendi, quia 10 error est in sensitiva et non potest species venire ad intellectum secundum rectum esse et veritatem; immo destruitur esse speciei ut intellectus non possit informari, et tunc fit homo stultus vel amens seu juvenis seu senex. Set si organa sensitivarum virtutum sint illesa, tunc virtutes sensitive sunt 15 similiter sane et debito modo representant species rerum ipsi intellectui, et tunc intellectus intelligit et facit operacionem suam completam, nec impeditur in aliquo. Si igitur excludamus hujusmodi lesionem, planum est quod ymaginacio non diversificabit intellectum in diversis ut unus sit ignorans et 20 alius sciens respectu ejusdem si unus est intellectus, quia utrobique est intellectus in sua potestate et virtus sensitiva in bona et sana dispositione. Quare non faciet ymaginacio hanc diversitatem, set erit in ipso intellectu, et ita erit ignorans et sciens. 25

Quod autem Averrois arguit in contrarium, dicens ‘ si intellectus sit multiplex numero et numeratus secundum numerum hominum, tunc res intellecta erit multiplex numero’. Istud est insanum, nec ipse ibi verificat hanc consequenciam. Ex dictis tamen suis in eodem capitulo et alibi extrahitur fantasia 30 pro hac consequencia verificanda, scilicet, quod ex intellectu et intellecto fit unum vere et verius quam ex materia et forma. et ideo si intellectus sit numeratus in hominibus, tunc idem intellectum seu res intellecta eadem numerabitur cum intelligitur a pluribus. Set multi multipliciter exponunt, quidam de 35 re intellecta et quidam de specie rei apud animam. Si ergo |

intellectum vocet hic rem intellectam ut ex ea et intellectu ^{84 a 1.}
 fiat omnino unum. Manifestus est error, nam tunc ex anima
 et lapide fieret unum vere et ex eadem anima et equo et
 celo et omnibus intellectis fieret unum vere, et hoc est impos-
 5 sibile propter duo impossibilia manifesta. Nam nichil com-
 ponitur ex rebus distantibus. Set stella intellecta distat ab
 homine et ab anima ejus. Et iterum, si vere unum fieret ex
 anima et lapide vel stella, tunc esset aliqua res existens in hoc
 mundo quod non esset anima nec lapis, set non contingit
 10 assignare hoc. Et est ridiculum dicere quod ex anima et celo
 vel lapide vel quocunque intellecto fiat unum, ergo verbum
 suum, cum dicit ex intellectu et intellectu fit vere unum, hoc
 erit de anima et specie rei intellecte que est apud eam. Set
 si hoc ponamus, et simul cum hoc quod anime hominum sunt
 15 plures, nullum sequitur inconveniens, nam cum infertur quod
 species apud animas diversas multiplicabitur, concedo quod
 diversa species ejusdem rei potest esse apud diversos, quia res
 facit speciem suam secundum omnes diametros, ut ostensum
 est in tractatu *De speciebus*, et ideo, sicut in diversis partibus
 20 aeris species sunt ejusdem rei diverse et ad oculos diversorum
 veniunt diverse, sic apud intellectus diversos.

Cum vero arguit quod si anima numeratur in diversis, tunc
 sciencia que est in magistro generabit scienciam in discipulum
 sicut ignis generat ignem, aut nichil sciet discipulus, non verifi-
 25 cat hanc consequenciam, et est pessima. Nam sufficit intellectus
 agens pro causa interiori et magister exterius. Magister
 enim est sicut agriculor respectu segetis, et sicut medicus
 respectu sanitatis. Agriculor | enim et medicus sunt instru- ^{84 a 2.}
 30 interius operatur. Sic magister facit argumentum veridicum
 ad concludendum veritatem, et intellectus agens illuminat
 possibilem et facit scire, et hec duo sufficiunt ad hoc quod
 sciencia complexorum fiat in anima. Noticia vero incom-
 plexorum quantum ad vocem signata fit per magistrum

19 *De speciebus*] p. 36.

13 erit *corr. in marg.*

exponentem quid est quod per voces significetur. Set rerum noticia significatarum habetur partim per magistrum ostendentem et exemplificantem, et partim per sensus experientiam et partim per influenciam agentis. Nam res per doctorem potest visui ostendi et exemplificari, et species rei venit ad intellectum per sensum, et intellectus agens illustrat, et sic nascitur in anima habitus cognitivus, et ita per has vias sufficienter potest fieri sciencia in discipulo, ita quod non oportet quod sciencia generet se.

Si eciam obicitur quod quilibet gramaticus scit eandem scienciam gramaticam, et quilibet logicus scit eandem scienciam logicam, et sic de aliis scienciis, ergo, omnes habent eandem scienciam numero in animabus suis; set eadem res numero non potest esse in diversis subjectis; ergo, oportet quod una sit anima omni, sicut est una sciencia. Et hec est cavillacio involuta valde, et credidi diu quod posset solvi sic ut dicatur quod sciencia est duplex. Una est habitus anime cognitivus, quo anima scit aliquid scibile objectum intellectum, sive sit Deus sive angelus sive eciam aliqua sciencia, ut gramatica vel logica vel alia. Et hec que est habitus in anima diversificatur in diversis hominibus et animalibus, et numeratur secundum numerum earum. | Set aliter sumitur sciencia que, scilicet, est objectum intellectus, que est quoddam scibile et intelligibile, ut alia intelligibilia que debent sciri ab anima, ut logica, gramatica et sciencie cetera. Et sciencia hoc modo sumpta creditur una et eadem scita ab omnibus qui sciunt eam, sicut Socrates unus et idem est licet intelligitur a multis. Set videtur michi modo quod istud non sufficit. Nam si intelligibile, quod non est sciencia, habeat in anima habitum cognitivum alium a se, scilicet, scienciam qua sciatur, hoc non est mirum, immo necesse est. Set quod sciencia habeat scienciam aliam non videtur stare, quia tunc iretur in infinitum; qua ratione enim una habet aliam, et illa alia aliam, et sic in infinitum. Ceterum sciencia, ut gramatica, logica, vel quecunque alia, est una res et accidens; et non est accidens corporis, ergo, solius anime. Set omne accidens est in subjecto suo cuius est, ergo, si sciencia priori modo dicta, que est habitus cognitivus numeretur secundum animas in

quibus est, sic similiter hec sciencia secundo modo dicta. Nec est dicendum quod hec sciencia est in libris vel in sermone, quia si libri non essent nec sermo, adhuc potest sciri. Set non scitur nisi sit aliquid, et in aliquo, set non in alio quam in anima. Et iterum, scriptura et sermo non sunt nisi signa eorum que sunt in anima, ut vult Aristoteles primo *Peryar-*
 5 *menias*. Si igitur sciencia omnimoda sit accidens anime, ergo sicut anima multiplicatur sic et sciencia, et ita numerabitur gramatica in diversis et logica, ita quod logica in diversis
 10 animabus est una specie et non numero. et similiter gramatica, et sic de aliis, et per se scitur | non per alium habitum nec per ^{84 b 2.} aliam scienciam. Causa quare non videatur sic prima facie est quia videmus quod alia intelligibilia ut homo et asinus et cetera non generantur, licet a pluribus intelligantur et similiter
 15 quia de sciencia et de aliis que sunt in anima unius possunt homines diversi habere cognicionem. ut Socrates scit virtutem suam vel vicium vel artem vel scienciam que sunt in anima sua, et alii homines possunt scire virtutem Socratis vel vicium, et eis est objectum tantum et non est in animabus eorum.
 20 Socrati autem est sua virtus objectum et nichilominus accidens anime sue. Set sciencia ut logica vel alia non est tantummodo objectum respectu animarum que sciunt eam, nec est in una anima tantum set est in qualibet earum, et ideo oportet quod numeretur.

25 <Capitulum 4^m. de compositione anime rationalis.>

Tercium quod hic conculcatur a vulgo philosophancium et theologorum est de anima rationali, an sit composita ex materia et forma, et hec sunt partes. Nam quidam dicunt unum et quidam aliud, et sunt opiniones solempnes contrarie
 30 in studio vulgate. Set ego teneo pro certo quod anima est composita ex materia et forma sicut angeli; eadem enim est questio de angelis et de animabus racionalibus. Sunt autem aliqui qui nimis subtiliantur et volunt quod anima et angelus

non sunt in predicamento substancie, nec in potencia generis alicujus, quia de potencia generis produci non possunt, ergo, si essent in potencia generis tunc frustra essent ; set natura nichil facit frustra nec Deus. Et istud fingunt ut sic principia generis substancie, que sunt materia et forma excludant ab angelo et 5 ab anima rationali, per hoc volentes fingere quod anima
 85 a 1. rationalis est | simplex et angelus similiter. Set hec eorum erronea defencio porro est infamis, quia tota philosophia et actores clamant quod solum sunt decem predicamenta et quod hec omnia comprehendunt preter Deum sicut incipit liber 10 *De ortu Scienciarum*: Scias nichil esse preter substanciam et accidens. Si ergo angeli et anime non sunt in predicamento substancie, tunc facient undecimum predicamentum, quia predicamentum non est nisi collectio specierum et generum seu maneries rerum diversarum, distincta ab alio predicamento. 15 Si enim collectio qualitatum facit unum predicamentum, multo forcius collectio tam nobilium rerum que sunt angeli et homines. Et si corpora faciunt unum predicamentum, multo forcius spiritus.

Quod vero allegant de potencia generis, dicendum quod 20 potencia generis potest promoveri in speciem, vel per creacionem vel in tempore, unde sicut secundum ordinem temporis prius est animal quam equus eductus de potencia hujus generis, sic secundum ordinem nature prius est substancia quam substancia spiritualis, et promovetur essencia generis in speciem, set 25 tamen simul duracione sunt, quia simul concreantur. Similiter certe possent creari corpora celestia et elementa in suis speris, quia non sunt generata set creata, et ideo secundum eos accidet quod pellentur extra predicamentum substancie, sicut spiritus creati. Ceterum, omne quod non est accidens et fit 30 verum subjectum accidentis est substancia vera, quia creator non est subjectum accidentis, et ideo nec substancia, nisi equivoce dicatur substancia, non enim erit substancia que substet accidenti. Sed angelus et anima non sunt accidentia, et veraciter substant accidentibus, ut sciencie et virtuti et 35
 85 a 2. gracie et glorie et hujusmodi, ergo oportet quod sint | vere substancie, et ideo oportet quod sint in predicamento substancie. Set non sunt in eo sicut principia, ut materia et forma, ergo

sicut principiata et species, quare componentur ex materia et forma.

Item, si substantia spiritualis non sit species substantie, tunc non fiet divisio generalissimi in species. Nam contra
 5 substantiam corporalem non cadit aliquid in divisione nisi substantia spiritualis. Ceterum sic idem esset substantia in communi et corpus, et tunc corpus esset genus generalissimum in predicamento substantie, quod est absurdum et contra Aristotelem et omnes. Item, compositio prima est ex materia
 10 et forma, et compositio secunda ex subjecto et accidente que creatur ex prima compositioe, quia materia cum forma causa est omnium accidentium que fiunt in ea, ut dicitur primo *Phisicorum*, et secundum non potest esse sine primo in ullo genere, quia posterius non reperitur sine priore. Cum ergo in
 15 angelis et animabus est compositio ex accidente et subjecto, oportet quod ibi sit compositio ex materia et forma. Item, 4^o *Methcororum* dicit Aristoteles quod prima materia est tantum materia, forma prima est tantum forma, quicquid est aliud ab hiis est compositum ex materia et forma. Item, angelus et
 20 anima sunt in potencia de natura sua ad multa, ut ad scienciam gratiam et gloriam, et possunt recipere et pati multa, ut patet in bonis animabus et angelis malis. Et ex alia parte sunt in actu multiplici et operatione. Set actus et agere debetur rei ratione forme, et potencia et pati et recipere ratione materie,
 25 sicut vult Aristoteles libro *De Generacione*. Item, subjectum generacionis est compositum, et ideo compositum generatur et non forma tantum, ut probatum est prius; ita quod subjectum generacionis vadit semper per gradus compositos acquirendo [semper esse compositum plus et plus perfectum usque ultimus
 30 gradus complementi veniet qui erit compositus sicut ceteri. Set hic ultimus gradus in aliquibus fit per operationem nature, in aliis per opus supra naturam ut in hominibus. Cum ergo anima rationalis sit ultimum complementum embrionis humani quod est compositum, oportet quod hec anima sit composita, ut ejus
 35 forma perficiat formam embrionis, et ejus materia compleat materiam embrionis. Et sic aperitur via ad solvendum

cavillationes in quibus maxime confidit pars adversa. Nam arguit sic. Materia est in potencia ad formam non ad materiam, quia materia non est materie set forme, ergo embrio non erit in potencia nisi ad formam tantum, et ideo anima rationalis est forma pura non composita. Et per supradicta patet quod 5 magnus error est apud eos qui sic arguunt, et qui propter hujusmodi errorem et cavillationem fingunt simplicitatem anime rationalis. Nam ostensum est quod, sicut una forma est materialis et in potencia ad aliam, sic una materia est formalis respectu alterius, et quod materia generis incompleta est in 10 potencia ad materiam specificam, sicut forma generis est in potencia ad formam specificam, et totum genus ad differentiam specificam compositam, et ideo sine differentia specifica inducatur in esse per naturam, sive per creacionem. Oportet quod sit composita, et ideo anima rationalis composita est. 15 Unde quod maxime allegant pro se evidenter est contra eos, si eorum dictum exponatur.

Quod autem aliquae auctoritates philosophorum exprimunt, quod sunt substantie simplices et separate a materia, omnes 85 b 2. intelligende | sunt de materia sensibili et corporali. Nam de 20 anima vulgariter loquimur, et eam nescimus, quia spiritualis materia nobis est occulta. Quod autem dicitur 7^o *Methaphisice*, quod materia est qua res potest esse et non esse, loquitur ibi de materia generabilium et corruptibilium, et sic alias multa dicit de materia que non sunt intelligenda de materia prima, 25 set de materia naturalium.

⟨ *Capitulum 5^m. de virtutibus, utrum sint partes anime.* ⟩

Quartum quod hic consideratur habet multos errores apud vulgum, licet sapientes bene senciant in hac parte; et hec est magna utilitas et multa consideranda sunt, et fertur con- 30 sideracio super partes anime. Primo enim queritur an potencie anime sint partes ejus et de substantia anime, ut scilicet vegetativum sensitivum et intellectivum. Et vacillant sine causa hic. Nam hoc nomen, potencia, non est nomen datum a

sanctis, set a Philosopho, ergo judicandum est de hoc secundum
 vias philosophie principaliter. Set Philosophus qui vocat
 potencias anime, ipse ante capitulum *de potenciis* et post
 illud potencias vocat partes, quoniam in principio secundi
 5 dicit, sicut se habet tota anima ad totum corpus sic partes
 anime ad partes corporis, et in principio tercii dicit, dicamus
 de parte anime qua cognoscit et sapit et hec est potencia
 intellectiva, et sic pluries potencias vocat partes et e converso.
 Item Boecius dicit in *Topicis* quod sunt partes virtuales, et
 10 ideo fallit utraque posicio communis. Una dicit quod
 potencie anime sunt accidentia, et alia dicit quod potencie
 anime sunt medium inter substantiam et accidens. Et hec
 secunda non solum hic fallit, set est contra principium philoso-
 phie. Nam non est medium inter substantiam et accidens,
 15 quia tunc esset aliquod predicamentum medium inter predica-
 mentum substantie et predicamentum accidentium. Prima
 eciam posicio fallit per | supradicta, nam vegetativa in plantis 86 a 1.
 est vera substantia non accidens, et est forma substantialis
 plantarum, in brutis est sensitiva vera substantia et non
 20 accidens, ergo, cum sint verius in homine non erunt accidentia.
 Et intellectum in angelis est vera substantia, ergo, et in homine.
 Item, vegetativum et sensitivum inducuntur in esse per
 generacionem, ut prius probatum est. ergo, earum substantia
 prius introducitur quam substantia cujus intellectivum est
 25 potencia, ergo, non sunt potencie ejusdem substantie. Set
 propter hoc ponuntur accidentia, quia ponuntur in eadem
 substantia, ergo, non potest hoc esse.

Si dicatur cujusmodi partes sunt, dicendum quod virtuales,
 ut dicit Boecius, et ita potenciales, et ideo potencie, et non sunt
 30 partes esenciales, quia ille componunt rem sicut materia et
 forma, et sunt due tantum, set sunt partes integrales, quia ex
Methaphisicis patet quod omnis pars vel est subjectiva vel
 integralis, et integralis aut est duplex tantum, et sic vocantur
 esenciales ut materia et forma, aut due et hoc dupliciter,
 35 quoniam aut in corporalibus, et sic vocantur partes quantitative,
 aut in spiritualibus, et sic vocantur partes virtuales, id est,

spirituales. Et sic evacuantur cavillationes quas faciunt in contrarium de partibus. Nam primo arguunt quod anima est substantia simplex per multas auctoritates que intelliguntur de simplicitate per privacionem quantitatis corporalis et non per privacionem parcium virtualium. Item, arguunt quod non sunt partes, quia tunc essent partes integrales, et sic quantitative, non estimantes has partes nisi in corporalibus. Set decipiuntur, quia partes integrales sunt eque in spiritualibus ut in corporalibus, unde, sicut cor caput et epar et hujusmodi partes constituunt corpus, sic vegetativum et sensitivum constituunt animam.

86 a 2. Set ad evidenciam istorum | queritur an sint diversa in essencia et substantia, an una substantia cujus sunt iste potencie. Et Aristoteles 2^o *De Anima* probat quod diversa sunt secundum speciem et essenciam, nam facit hoc argumentum. Operaciones sunt diverse in essencia et secundum speciem ut intelligere sentire et vegetari, ergo nature quarum sunt hec opera. Item, vegetativum in planta differt secundum speciem a sensitivo in animali, et utraque istarum differt secundum speciem ab intellectivo in homine, ut planum est. Set vegetativum in plantis est ejusdem nature cum vegetativo in homine propter opera eadem, et sensitiva in brutis et in homine propter easdem operaciones sensus, ergo, manifestum est quod intellectiva et sensitiva hominis et vegetativa non sunt ejusdem nature specificce. Item, si prius inducantur in esse quam infundatur intellectiva, et educuntur de potencia materie et intellectus non, tunc non habent nisi potenciam receptivam respectu intellectus et non activam. Set illud quod solum habet potenciam receptivam respectu alterius est diversum in essencia ab eo, ut patet in loco respectu locati et in embrione respectu illius quod creatur (sive sit tota anima secundum istos, sive sit solus intellectus secundum veritatem), ergo sequitur necessario quod substantia sensitiva alia est a substantia intellectiva. Item, partes sensitive sunt diverse secundum speciem ut visus et ymaginacio et memoria, ut planum est propter operaciones diversas in specie, ergo

multo forcius intellectivum et sensitivum. Item, partes vegetative sunt diverse in essentia propter operationes diversas, ergo multo forcius hic. Cum autem arguunt quod tunc erunt multe substantie in anima, cum tamen autores dicant quod est una substantia, dicendum quod est una substantia composita ex pluribus partibus, sicut corpus, que partes sunt diverse per essentiam sicut partes corporis, tamen sit unum per essentiam ex eis, et hoc est vere unum, quia sicut in corpore resultat una forma totius, copulans omnes partes in unitate essentiali, sic est a parte anime quod una natura substantialis resultat ex partibus pluribus in qua habent unitatem essentialem. Et ex hac veritate patet quod non sunt potencie anime accidentia ejusdem substantie, ut ponit opinio dampnabilis vulgata Parisius, et similiter alia que ponit medium inter substantiam et accidens destruitur per hoc idem.

(Capitulum 6^m. de partibus vegetative virtutis.)

Partes vero sensitive virtutis ego posui cum omni diligencia in principio *Perspective*, quod capitulum est unum in quo totum vulgus errat medicorum naturalium et theologorum, et est unum de dignioribus capitulis que misi, continens sapiencie potestatem. Partes vero vegetative sunt note, tres enim sunt principales, scilicet, nutritiva, augmentativa, et generativa, et jam superius tactum est de eis ubi facta est locutio de generatione animatorum. Et ibi patuit tota operacio generative. De operibus vero principalibus nutritive et augmentative disputavi copiose in hiis que de vacuo in superioribus conscripsi, nam principalis difficultas in hiis operibus est quomodo unitur substantia alimenti partibus solidis corporis. Et ego omnes posiciones famosas reprobavi, et pro sententia tenui et teneo quod substantia alimenti non sit incorporea set retinet proprietatem corporalem, quia natura supponit semper corpus in omni operatione sua, tam in generatione quam in corruptione et omnibus. | Set hec corporalis substantia alimenti non retinet suas dimensiones divisas et distinctas a corpore in quod con-

18 *Perspective*] Bridges ii. 6.
pp. 149 sqq.

26 superioribus] Brewer, *Op. Tert.*

vertitur, immo tanta est virtus anime quod ipsum corpus animatum nutriendum convertit corpus nutrimenti in se et fit una substancia ex eis, et per consequens una dimensio corporalis. Et ideo non exigitur vacuum in quo alimentum recipitur nec sunt duo corpora simul. Partes vero vegetative sunt digestiva, 5 expulsiva, retentiva, attractiva, ut Avicenna docet primo *De Anima*. Digestio fit per calidum et humidum, expulsio per frigidum et humidum, attractio per calidum et siccum, retentio per frigidum et siccum, ut ibidem dicit Avicenna. Qualiter vero fiat digestio quadruplex in animalibus, et in quibus locis, et quomodo 10 in plantis non est tertia digestio secundum Aristotelem 2º *De vegetabilibus* alium tractatum desiderat, sicut de spiritibus et de aliis multis per singula capitula omnia que misi. Nam librorum perfectorum compositio habet hec expedire. Facio tamen modo mencionem de hiis duobus dignioribus et specia- 15 libus, quia cum jam dictis coincidunt, et immensam habent difficultatem, et contrariantur medici et naturales, et multa falsa vulgantur. Set elongantur a serie istius persuasionis. Et causa principalis est quia omitto hec et multa quia tempus non habeo. Nam in aliis consideracionibus meis certificavi 20 de hiis, set non habeo scripturam ad presens. Et in tractatu alkimistico quem divisim Johannes habet ab operibus tanguntur radices circa ista.

(*Capitulum 7^m. de partibus intellective virtutis.*)

Partes vero intellectus estimantur esse diverse per essen- 25 ciam et hoc multis modis, et hic sunt crudeliores errores quam alibi. Nam ponitur quod agens sit pars anime, quod est improbatum in 2º parte *Primi Operis*, deinde in hoc *Tercio* 87 a 1 *Opere* explanavi hoc, et solvi objectiones | contrarium. Dato vero quod solum sit intellectus possibilis in homine, adhuc est 30 labor quasi infinitus circa ejus partes. Nam omnes questiones de libero arbitrio, que modo fiunt fere innumerabiles, fundantur

6 *De Anima*] p. 2 c. 1 (p. 6, ed. 1508). 11 *De vegetabilibus*] *de Plantis* ii. 1. 21-22 tractatu alkimistico] *Op. Tert.*, Duhem, pp. 184, 188, &c. 28 *Primi Operis*] Pars. 2, cap. v. (Bridges iii. 44), *Op. Tert.*, Brewer, p. 75.

13 omnia] omni *M*.

super questionem hanc, an anima rationalis habeat rationem et voluntatem tanquam partes diversas secundum substantiam vel secundum rationem et nomen et opera. Et dominatur intencioni mee ad presens quod una est substantia, habens
 5 diversas operaciones et diversa nomina et diversas comparaciones, que primo cognoscit et eadem appetit cognita, sicut Aristoteles vult in hoc verbo: intellectus speculativus per extensionem fit practicus, quia quod theologi vocant rationem et voluntatem vel intellectum vel affectum philosophus vocat
 10 intellectum speculativum et practicum. Cum ergo dicit in tercio *De Anima* quod intellectus speculativus veritatis fit practicus per extensionem ejus ad amorem veritatis cognite, ut eam velit opere complere, patet per ipsum quod eadem res est que primo speculatur, et que secundo etiam vult quod
 15 speculatum est. Ceterum omnes operaciones quotcunque vel quantumcunque diverse fiunt ab eadem potencia agente, dummodo hee operaciones sint adinvicem ordinate ut lucere et calefacere, nam lux solis primo generat lucem in materia aliqua, et secundo calorem. Sic est hic, quoniam cognicio
 20 et amor adinvicem ordinantur, cognicio enim est propter amorem. Item, in vanum potencia anime cognosceret veritatem, nisi posset eam amare, quoniam si alia potencia per essenciam ab illa que cognoscit amaret, tunc cum potencia amativa non potest excitari ad amorem nisi per cognitionem,
 25 si igitur illa non cognoscit, nunquam excitabitur, quia diverse potencie per essenciam non excitant se ad operaciones suas, ut visus et auditus. Item, illa potencia que amat est rationalis non irrationalis, et intellectiva. Nam Aristoteles
 30 vocat eam intellectum practicum, ergo habet operationem rationis et intellectus, ergo speculatur primo et postea vult et amat, et ideo dum speculatur vocatur speculativus, dum amat vocatur practicus, quia praxis est operatio, et probatio amoris est exhibitio operis secundum Gregorium. Item, sicut a parte
 35 intellectus est virtus cognitiva et appetitiva sic a parte sensus, set eadem virtus anime sensitive primo apprehendit et secundo desiderat secundum Aristotelem 3^o *De Anima*, nec unquam

7 Aristoteles] *De Anima* iii. 46. 33 Gregorium] *Hom. in Evang.* ii. 30
 Probatio ergo dilectionis, exhibitio est operis.

distinxit unam ab alia, ergo ordo nature exigit ut eadem virtus cognoscat et secundo appetat.

Item, secundum opinionem theologorum arguo, omnes enim volunt quod vegetativum sensitivum et intellectivum sint eadem substantia simpliciter, non habens partes diversas 5 in essentia, ergo, secundum eos intellectivum non habebit partes diversas in essentia, quia plus differunt potencie totius anime quam potencie anime intellective. Concedo igitur posicionem eorum in hac parte, set non in precedentibus. Et cum obicere possunt quod operationes anime intellective sunt 10 diverse per essentiam, scilicet, intelligere et velle, ergo et potencie, et jam probatum est quod potencie totius anime sunt diverse secundum speciem, eo quod habent diversas operationes in specie, dicendum est quod hoc argumentum tenet ubi opera- 15 ciones non sunt adinvicem ordinate, sicut sentire intelligere et vegetari, set hic ordinate sunt. Si obiciatur quod Aristoteles determinat in 3^o *De Anima* de intellectu, et in libro *De Memoria et Reminiscencia* docet de hac parte anime que est reminiscencia, ex quo videtur quod plures et diverse sunt 20 partes anime, dicendum est quod non est diversitas nisi in operatione ejusdem potencie, et de una operatione deter- 25 minat | 3^o *De Anima*, et de alia quia habet diversitatem et difficultatem determinatur in alio libro. Si vero adhuc dicatur quod memoria apud Avicennam ponitur diversa potencia ab estimacione tam in operatione quam subjecto, nam memoria 25 est in posteriori parte ultime concavitatis cerebri et retinet species, estimativa est in prima parte illius concavitatis et recipit species, et non est idem recipere et retinere, ut Avicenna ponit exemplum in cera que recipit et retinet et in aqua que recipit tantum (et hec patent ex principio *Perspective*), set 30 estimacio est loco intellectus in brutis, ut Avicenna docet in libro *De Animalibus* et reminiscencia respondet memorie, ergo erit diversa ab intellectu sicut memoria ab estimacione: respondeo quod secundum veritatem memoria et estimacio sunt una 35 virtus secundum substantiam que diversas operationes exercet

17 *De Anima*] loc. cit.

30 *Perspective*] *Op. Maj.* ii. 5, 10, ed. Bridges.

xii. 7.

De Memoria et Reminiscencia] c. ii.

32 *De Animalibus*]

in diversis partibus ultime concavitatis, et hec diversitas operationum requirit diversitatem parcium illius concavitatis, quia siccum bene retinet et humidum bene recipit, et ideo ultima pars illius concavitatis siccior est ut bene retineat
 5 species, et propter hoc non est diversitas hec subjecti propter diversitatem virtutis, sed propter necessitatem operationum diversarum, propter quod cum reminiscencia respondeat memorie, non oportet quod reminiscencia sit diversa potencia ab intellectu, immo minus differet ab eo quam memoria ab
 10 estimacione, quoniam operationes iste, que sunt intelligere et reminisci, non requirunt diversa subjecta nec instrumenta, sicut operationes memorie et estimacionis. Quia | anima intellectiva ^{87 b 2.} non est alligata organo. Si vero dicatur quod Augustinus et theologi ponunt partes ymaginacionis memoriam intelligen-
 15 ciam et voluntatem, dicendum est quod hec particio non est nisi secundum actus et habitus non secundum virtutes. Et in hoc concordat quod dicit intelligenciam formari a memoria, quod non contingeret si essent diverse virtutes, quia hec diversitas virtutis esset secundum naturam et essenciam et speciem,
 20 sicut est de visu et auditu. Unde quod acies intelligencie formetur a memoria hoc non est aliud nisi quia eadem virtus anime, scilicet, intellectus ipse sive anima intellectiva post primam apprehensionem, interveniente quiete vel oblivione, recuperat intelligenciam per species quas ipsa anima habet.
 25 Unde secundum quod recolit sic est memoria sive reminiscencia. Si vero quod habet primas apprehenciones sic dicitur intelligencia. Et secundum quod appetit post primam apprehensionem vel post secundam, dicitur voluntas et affectus. Unde operationes sunt diverse. Et nomina virtutis ejusdem
 30 secundum quod habet diversas operationes diversificantur et non sunt diverse virtutes sicut sensitivum et vegetativum et intellectivum.

Ex quibus patet quid dicendum est de libero arbitrio, de quo multe opiniones sunt contrarie. Nam quidam ponunt ipsum
 35 a parte affectus et voluntatis, quidam a parte rationis, quidam utroque modo, propter verbum Augustini qui dicit quod liberum arbitrium est facultas rationis et voluntatis. Sed si

ratio et voluntas essent diverse potencie, impossibile esset quod de essencia liberi arbitrii essent ratio et voluntas, quia ex duabus potenciis diversis non fit una, sicut nec ex visu et auditu. Et ideo una est potencia habens opera-
 88 a 1. ciones | diversas set ordinatas. Et quia istud non verificatur 5
 a theologis, ideo omnes quesciones suas quas faciunt de parti-
 bus ymaginacionis et de libero arbitrio, quas multiplicant in
 infinitum, vacillant, quia fundamentum non habent verificatum
 et certificatum.

<Distinccio quarta de generatione non recta.>

10

<Capitulum 1^m. de monstruosa generatione.>

Postquam dictum est de recta generatione animatorum, dicendum est de monstruosa et peccatis et erroribus nature operantis in generatione. Aristoteles quidem 2^o *Phisicorum*
 docet hujusmodi peccata posse fieri in operatione nature, sicut 15
 accidit in operatione artis, ut sicut scriptor scribit bene
 aliquando secundum artem, aliquando propter ineptitudinem
 pergameni vel encausti vel calami male scribit et errat in actu
 scribendi, sic natura aliquando bene agit et regulariter sine
 errore, aliquando vero errat in sua operatione. Et sic accidunt 20
 ea que fiunt a casu in naturalibus et fiunt peccata et errores
 et encia per accidens, que vocantur encia in minore parte, ut
 sextus digitus et pluvia in diebus canicularibus et cauma in
 hyeme.

Set considerandum est quod peccata differunt a monstris. 25
 Peccatum est omnis deformitas et error quod contingere potest
 in operatione nature, set tunc dicitur peccatum tantum, et non
 monstrum, quando accidit error ex superfluitate materie vel
 diminucione, ut quod homo habeat sex digitos vel quatuor
 tantum in una manu, quod habeat duo capita, sicut pluries 30
 contingit in mundo, et dividuntur abinvicem usque ad umbeli-
 cum, et pugnant adinvicem, et uno comedente alius cessat, et
 uno moriente alius vivit ad tempus, scilicet, per aliquot dies
 set paucos propter infeccionem et putrefaccionem; ex quo |
 88 a 2. patet quod habent animas racionales diversas, et hoc contingit 35

14 *Phisicorum*] ii. 77, 82.

ex superfluitate seminis, et natura sollicita in sua operatione quando videt quod non potest totum semen formare in uno individuo format in duobus ne si relinqueret materiam informem ipsa putrefieret et corrumperet subjectum et ideo
 5 natura facit quod minus malum est, et producit individuum superfluum ut partem vel totum. Et hoc facit ex intencione secundaria non principali, et ideo per accidens, et propter hoc vocatur ens per accidens.

Set quando individuum alterius speciei seu totum sive pars
 10 producat, tunc non est solum peccatum set monstrum, ut cum mulier enixa est vitulum vel aliud animal, ut legimus in historiis. Et quod filius hominis habuit caput arietis, ut exemplificat Avicenna 18^o *De Animalibus*. Et sic de brutis animalibus quod faciunt filios alterius speciei, unde omne
 15 monstrum est peccatum, set non convertitur. Et causa monstri duplex est, aut propter commixtionem diversorum seminum sicut mulus generatur ex asino et equa, et ex cane et lupa generantur catuli, et sic plures, aut contingit ex aliqua figuracione celesti, ut Avicenna docet libro memorato. Nam
 20 quando complentur motus planetarum alciorum et quando conjunciones eorum perficiuntur secundum multas revolutiones annorum, fiunt hujusmodi monstra precipue propter conjunciones Jovis cum aliis planetis, set maxime penes conjunciones ejus et Saturni, quarum una est in omnibus
 25 viginti annis et alia in omnibus ducentis | quadraginta annis 88 b 1. et tertia in omnibus nongentis sexaginta annis. In hiis conjuncionibus variatur natura multum tam in generacione monstruosa quam in recta et fiunt diluvia et terremotus et aeris ignes ut comete et alie impressiones inflammate et
 30 gravitas accidit annone et monstra predicta et multa, sicut in aliis scripsi.

Set considerandum est quod hujusmodi peccata et monstra non cadunt in plantis set in animalibus. Nam partes animalium sunt determinate in numero et figura propter nobilitatem sue nature, et propter hoc quando occurrit aliud quam
 35 quod determinatum est in natura animalis, tunc accidit

13, 19 *De Animalibus*] f. 63 a 1, ed. 1508.

30-31 in aliis scripsi] see

Op. Maj. i. 256, ed. Bridges.

deformitas et ideo peccatum ut in sexto digito vel duobus capitibus. Set in plantis, ut Aristoteles dicit libro *De Vegetabilibus*, non sunt partes determinate, et ideo, licet multiplicentur rami et folia et fructus, nulla est deformitas, et propter hoc non accidit ibi peccatum ex superfluitate materie vel 5 diminutione. Ceterum non accidit ibi monstrum, licet una planta habeat partes diversarum plantarum secundum speciem, ut aliquando nascuntur poma et pira in eadem arbore et hoc secundum diversas species pomorum et pirorum et aliarum arborum que vel per insercionem fiunt vel per solam operationem nature. Nam non est tanta distincio plantarum nec tam determinata natura sicut in animalibus, et maxime in proprietatibus exterioribus, ut in figura et colore et partibus set respectu diversitatis in animalibus, videtur quod plante 88 b 2. quasi omnes habeant solam diversitatem in numero sicut 15 essent homines ejusdem speciei, quoniam multi assimilantur externis in cortice et ramis et foliis. Non enim videtur in eis manifesta diversitas specifica, sicut in animalibus que habent figuram et colorem et partes in manifesta diversitate. Et quia sic est, ideo deformitas que accidit in animalibus 20 ex produccione alterius in specie et ex commixtione parcium diversorum animalium non notatur in plantis propter similitudinem plantarum adinvicem. Et ideo nulla deformitas ponitur quando ex una radice et uno stipite nascitur unus ramus de piro, et alius de pomo unius speciei, 25 et alius de pomo alterius. Et non solum deformitas in animalibus hoc facit, set plenior naturarum diversitas propter quam non possunt adinvicem salvari individua diversorum animalium, requirunt enim distinciora nutrimenta. Set plante omnes sunt terre affixe et humorem recipiunt 30 eundem set aliter digerunt per diversas vires anime quas habent.

Quod autem textus Aristotelis propter translacionem malam convertitur ad contrarium jam dictorum, et similiter expositio Averrois Commentatoris non habet veritatem. Arguunt enim 35 quod natura magis sollicita est circa generacionem hominis

quam brutorum, et circa generationem bruti quam plantarum, et ideo si in plantis non accidant peccata et monstra, tunc nec in animalibus et maxime in hominibus monstra non permittet natura. Et jam patet solucio, quia bene contingunt consimilia
 5 in plantis et animalibus, set non est peccatum in plantis, sicut est in animalibus propter causas dictas. Deinde potest dici quod argumentum hoc non valet, licet natura sit magis sollicita circa hominem etc., tamen propter nobilitatem animalium respectu plan-
 10 tarum et propter nobilitatem hominis respectu 89 a 1. brutorum, difficilius est complere hominem quam brutum et animal quam plantam. Cicius enim impedimentum potest accidere in magna operatione et nobili quam in viliori, sicut patet tam in artificialibus quam in naturalibus. Et ideo plures enormitates contingunt in filiis hominum quam bruto-
 15 rum. Nam tot videmus homines claudos surdos gibbosos a nativitate et aliis diversitatibus erroneis lesos, et hujusmodi non videmus contingere in brutis nisi rarissime. Et hoc est propter nobilitatem hominis quam difficile est complere et non propter quod natura sit minus sollicita vel aliquid neclexerit
 20 in hac parte. Et ideo plura peccata contingunt in hominibus quam in brutis, et in animalibus quam in plantis, quicquid mala translacio Aristotelis et Commentatoris innuant, vel malus intellectus suarum translacionum. Et si asserunt quod non vidissent in regionibus suis, videmus tamen contrarium
 25 contingere in effectu, et ideo hujusmodi objectiones vane sunt.

⟨*Capitulum 2^m. de generatione per divisionem.*⟩

Dictum est igitur de generatione in universali et in particu-
 30 lari de generatione elementorum et de generatione mixtorum, et de generatione plantarum et brutorum et hominum, et non solum de generatione recta set de erronea, nunc autem complenda sunt duo alia de generatione animalium. Quedam enim nascuntur ex divisione animalis, ut cum anguilla dividatur in
 35 partes diversas secundum latitudinem, partes vivunt et sunt animalia, ut Aristoteles dicit libro *De Anima*; et sic de

89 a 2. serpentibus | et apibus et pulcibus et omnibus anulosis.
 Anulosa dicuntur hec que componuntur ex partibus rotundis
 ad modum anulorum. Set quia non habent organa necessaria
 vite, ut os et locum digestionis et hujusmodi ideo vivere non
 possunt nisi ad tempus. Qualiter autem fiat anima in partibus 5
 diversis quoniam semper et vix unquam solvitur aliquid quod
 est dignum. Majores enim solebant dicere et michi aliquando
 visum est quod virtus celi continue alterat partes talium
 animalium dum sint in toto, et disponit ad animacionem,
 propriam educens animam in eis de potencia materie, ita quod 10
 nichil deficit eis nisi ratio totalitatis quam recipiunt per
 divisionem. Oportet enim quod sit totum et non pars quod
 est animal. Set istud stare non potest quoniam natura nichil
 facit frustra. Set hec educio anime frustra est nisi sit divisio,
 et divisio non est in potestate nature set in hominis voluntate, 15
 ergo, hoc non potest esse. Item, sic possunt per virtutem
 celi alia animalia alterari, ergo, in omnibus aliis educuntur
 sicut anime et partes, et fient animalia post divisionem, ut
 in homine et in asino et aliis. Item, plura corpora nullo
 modo possunt habere eandem animam, ergo, nec plures anime 20
 idem corpus nec eandem partem corporis.

Dicendum igitur quod per divisionem corporis fit divisio
 anime, et sic manet anima in parte qualibet et cum illud quod
 fuit pars fiat totum, erit animal. Set obicitur quod anima est
 impartibilis et indivisibilis, ergo non potest dividi. Dicendum 25
 est quod hoc est verum de intellectiva anima, non de sensitiva |
 89 b 1. et vegetativa et precipue in brutis, quia anima intellectiva est
 substantia spiritualis sicut angelica natura, set ad hanc spiri-
 tualitatem non potest anima sensitiva pertingere quia educitur
 de potencia nature et ideo quodammodo corporalis est. Set 30
 maxime assimilatur nature spiritali inter omnes formas eductas
 de potencia materie corporalis. Et quia corporalis est et
 educta de potencia materie, ideo potest dividi per divisionem
 corporis saltem per accidens, licet primo et principaliter non
 cadit divisio super eam. Si dicatur quod tunc anima erit 35
 extensa secundum extensionem parcium, set anima est in
 qualibet parte tota, dicendum est quod hoc verum est de
 anima rationali quia est tota spiritalis, et non habet propor-

cionem ad quantitatem corporalem, nec situm in corpore, ut prius determinatum est in quescionibus de Angelis, set non est hoc verum de anima sensitiva et precipue in brutis, immo quia est educta de potencia materie corporalis et quante.

5 Ideo oportet quod extendatur ad modum formarum substancialium, hoc est ut pars anime sit in parte corporis, sicut pars forme substancialis ignis est in parte ignis. Inter tamen omnes formas eductas de potencia materie quante et extense, hec maxime recedit a quantitatis proprietate quia nobilior est
 10 et magis assimilata spiritualibus. Dicit tamen Aristoteles 2^o *De Anima* quod sicut se habet tota anima ad totum corpus sic pars anime ad partem corporis et ideo pars est in parte. Et sic extendit secundo ad extensionem corporis. Set si dicitur quod tunc si pars hominis dividatur vel pars asini vel
 15 leonis vel bovis, quod partes fiant | animalia, dicendum est 89 b 2. quod non sequitur. Et potest dici hic duobus modis. Unus est quod anima vegetativa habet majorem potestatem in plantis quam in animalibus et anima sensitiva habet majorem in brutis quam in homine, quia planta non habet aliam perfeccionem nec sua anima est in potencia ad aliud cui debeat famulari. Nec sensitiva in brutis est in potencia ad aliud, set est domina sui. Non sic vegetativa in animalibus nec sensi-
 20 tiva in homine quia sensitiva et vegetativa in homine impediuntur multum ab operibus suis propter opera intellective cui deserviunt. Et ideo non habent ibi plenum dominium sui nec
 25 similiter vegetativa in brutis.

Et inde est quod cum planta sit vilior bruto et brutum vilius homine, accidit quod similiter animalia viliora habent animam sensitivam in majori vigore et potestate, dico primum
 30 gradum anime sensitive, in quo communicant dominia animalia, nam alia nobiliora habent multas nobiles virtutes anime sensitive que sunt in eis loco intellectus, ut sunt ymaginacio et cogitacio et estimacio, respectu quarum natura prima sensitiva est in potencia et eis famulatur, sicut sensitiva in homine
 35 deservit intellective. Et quia sic est, ideo hujusmodi animalia vilia habent primam naturam sensitivam et valde fortem et

potentem, et ideo non corrumpitur pars anime talis quando a toto separatur, sicut accidit in aliis ubi non habet tantam virtutis potestatem. Ceterum potest dici quod licet natura prima anime sit debilior in nobilibus animalibus quam in aliis, tamen habent alias virtutes nobiles que non sunt in anulosis. 5

Cum ergo fit unum ex omnibus virtutibus anime in eodem |
 90 a 1. animali, et fit una anima vera per essenciam quod repugnabit
 virtuti nobiliori, repugnabit virtuti ignobiliori ratione unionis
 ejus cum nobiliori. Set nobiliori virtuti repugnat vivere post
 divisionem corporis. quia nobilia cum difficultate generantur 10
 set de facili corrumpuntur, ut cor quod est nobilius in corpore.
 si parum ledatur moritur, et per consequens totum animal.
 Non sic si aliud membrum ledatur ita parum, et ideo virtutes
 anime nobiles non dignantur destitui ab esse suo nobili quod
 habent in toto, set statim corrumpuntur. Et quia eis uniuntur 15
 virtutes ignobiles in unitate essencie ideo pereunt cum eis
 in partibus divisis quando ipse pereunt per divisionem totius.

<Capitulum 3^m. de generatis ex putrefaccione.>

De generatis vero ex putrefaccione, licet multa dicantur, tamen videtur michi quod veritas hujus rei consistit in uno 20
 verbo Averrois quod dicit in 7^o *Methaphisice*, scilicet, quod
 idem facit virtus solis in materia putrefacta quod virtus
 patrum in seminibus. Et ideo, sicut virtus patrum seu paren-
 tum producit prolem de potencia seminis, sic virtus solis vel
 celi potest alterare materiam et producere hujusmodi animalia 25
 vilia.

Si obicitur quod nullum inanimatum est nobilius animato, et omne generans est nobilius generato, ad hoc potest re-
 sponderi sufficienter quod per virtutem celi intendit Averroes
 non solum virtutem corporis celestis, set ejus motoris qui est 30
 substancia spiritualis divina et angelica. Et ideo, licet natura
 corporalis sola in celo non sit nobilior anima, tamen virtus
 90 a 2. divina vel angelica que | celos movet et regulat est nobilior
 anima. Et ideo attribuitur accio ista non tantum corpori
 celesti, set ejus motori. 35

40
 1

250178

BOSTON COLLEGE



3 9031 01524675 4

5
B76.5
c. 132

Boston College Library

Chestnut Hill 67, Mass.

Books may be kept for two weeks unless a shorter period is specified.

If you cannot find what you want, inquire at the circulation desk for assistance.

